This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

P
.
95

L p 26. 495.



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)

JN 8 1932

Titus Maccius

M. ACCI PLAUTI

TRUCULENTUS

EMENDATIOREM SUISQUE NUMERIS

DESCRIPTAM EDIDIT

Franz (Joseph)

FRANC. GOELLER,

DR. PHIL., PROF. GYMN. COLON.

COLONIAE AD RHENUM,

APUD M. DUMONT-SCHAUBERG.

1824.

L p 26.495

JUN 8 1832
Minot fund.

INDEX.

Cic. de N. D. . . . . p. 79.
div. in Caecil . . . p. 106.
Festus . . . . . p. 123.
Lucilius . . . . . p. 102.
Naevius . . . . . p. 129.
Ovidius . . . . . p. 67.
Plautus fragm. . . . . p. 70.
Amph. . . . . p. 92. 107. 152.
Amph. Supp. . p. 93.
Asin. . . . . p. 79. 80. 82. sq. 92. 119. 125.
Aulul . . . . . p. 68. 151. sq.
Bacch. . . . . p. 68. 129.
Capt. . . . . p. 60. 65. 80. 106. 150. sq.
Cas. . . . . p. 59. 80. sq. 107. 126. 151.
Cistell. . . . . p. 60. 121.
Curcul. . . . . p. 93.
Epid. . . . . p. 97. 150. 152.
Men. . . . . p. 97. 99. 102. 152.
Merc. . . . . p. 56. 69. 87. 96. sq. 102. 104. 105. 139. 150. 153.
Mil. . . . . p. 106. 131. sq. 151. 152.
Mostell. . . . . p. 71. 93. 94. 97. 103.

L p 26.495

JUN 8 1882
Minot fund.

INDEX.

Cic. de N. D. . . . . p. 79.
div. in Caecil . . . p. 106.
Festus . . . . . p. 123.
Lucilius . . . . . p. 102.
Naevius . . . . . p. 129.
Ovidius . . . . . p. 67.
Plautus fragm. . . . . p. 70.
Amph. . . . . p. 92. 107. 152.
Amph. Supp. . p. 93.
Asin. . . . . p. 79. 80. 82. sq. 92. 119. 125.
Aulul . . . . . p. 68. 151. sq.
Bacch. . . . . p. 68. 129.
Capt. . . . . p. 60. 65. 80. 106. 150. sq.
Cas. . . . . p. 59. 80. sq. 107. 126. 151.
Cistell. . . . . p. 60. 121.
Curcul. . . . . p. 93.
Epid. . . . . p. 97. 150. 152.
Men. . . . . p. 97. 99. 102. 152.
Merc. . . . . p. 56. 69. 87. 96. sq. 102. 104. 105. 139. 150. 153.
Mil. . . . . p. 106. 131. sq. 151. 152.
Mostell. . . . . p. 71. 93. 94. 97. 103.

Plautus Pers. . . . . p. 68. 71. 73. 96. 102. 104. 107. 139. 144. 150. 153. 154. 157.
Poen. . . . . p. 68. 87. 96. 104. 105. 106. 107. 109. 149. 150.
Pseudol. . . . . p. 65. 68. sq. 71. 73. 77. 83. 101. 105. 106. 121. 144. 150. 151. 153.
Rud. . . . . p. 68. 78. 152.
Stich. . . . . p. 67. 107. 155.
Trin. . . . . p. 73. 83. 153. sq.
Truc. . . . . p. 106. 149. 151. addendis ad v. 104. 466. 602. 679.
Varro. . . . . p. 98.

M. ACCI PLAUTI

TRUCULENTUS.

ARGUMENTUM

(ut quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Tres únam pereunt ádolescentes múlierem,
Rure únus, alter úrbe, peregre tértius.
Utque ísta ingenti mílitem tangát bolo,
Clam súpposivit sibi clandestino éditum.
Vi mágna servos ést ac trucibus móribus, 5
Lupae ne rapiant dómini parsimóniam.
Et ís tamen mollítur. Miles ádvenit,
Natíque causa dát propensa múnera.
Tamén compressae páter cognoscit ómnia.
Vitiátam ut ducat, qui vitiarat, cónvenit; 10
Suúmque is repetit á meretrice súbditum.

VARIETAS LECTIONIS GRONOVIANAE.

V. 3. *utique.* V. 4. *supposuit.* V. 7. *molitur.* V. 9. *Tandem.* V. 10. *Utque illam ducat, qui.*

PERSONAE.

DINARCHUS, Adolescens.

PHRONESIUM, Mulier.

GETA, Servos.

CALLICLES, Senex.

ASTAPHIUM, Ancilla.

STRATILAX, Servos.

STRATOPHANES, Miles.

STRABAX, Adolescens rusticus.

Ancillae.

PROLOGUS.

Perpárvam partem póstulat Plautŭs loci
De vóstris magnis átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.
Quid núnc? daturin' éstis, an non'? — Annuunt.
Meditór quidem vobís me ablatŭrúm sine 5
Morá. quid si de vóstro quippiam orem? — Abnuunt.
En mehércle in vobis résident mores prístini,
Ad déneganḍum ut céleri lingua utámini.
Sed hóc agamus, húc qua ventumst grátia.
Athénis tracto, ita úti hoc est proscénium, 10
Tantísper dum transígimus, hanc comoédiam.
Hic hábitat mulier, nómine quae est Phronésium.
Haec hŭius saecli mŏres in se póssidet,
Nunquam áb amatore póstulat suo id quód datumst:
Sed rélicüum dat óperam ne sit rélicüum, 15
Poscéndo atque auferéndo, ut mos est múlierum.
Nam omnés id faciunt, cúm se amari intélligunt.
Ea sé peperisse pŭerum simulat míliti,
Quo cítius rem auferat áb eo cum pulvísculo.
Quid múlta? * huíc si superet múlieri, 20
Is cúm anima ad eam habéntiam omnem evérrerit.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

V. 5, *equidem.* V. 9. *qua huc.*
V. 10. 11. *Athenae istae sunto, ita — transigimus hanc comoediam.*
V. 14. *suo postulat.* V. 15. *reliquum — reliquum.*
V. 19. *ab eo auferat.* V. 20. *Quid multa? aetas huic si.*
V. 21. omittit *omnem.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

DINARCHUS.

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
Amánti, dum id perdíscat, quot pereát modis.
Neque eám rationem eápse unquam edocét Venus, —
Quam pénes amantum súmma summarúm redit, — 25
Quot amáns exemplis lúdificetur: quót modis
Pereát, quotque exorétur exorábulis.
Quot íllic blanditiae, quót illic iracúndiae,
Quot súnt pericla! amándo Di, vostrám fidem hui
Quid pérjerandumst étiam praeter múnera! 30
Primúmdum merces ánnua: is primús bolust.
Ob eám tris noctis útor: intereá loci
Aut aéra, aut vinum, aut óleum, aut triticúm meret:
Tentát, benignusne án bonae frugís sies.
Quasi ín piscinam réte jaculum quí parat, 35
Quando ábiit rete péssum, tum adducít sinum:
Si irrétit rete písces, ne effugiánt, cavet,
Dum hinc, dum íllinc illuc ínretitos ímpedit
Piscés, usque adeo dónicum eduxít foras;
Itidem ést amator: si íd quod oratúr, dedit, 40
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae,
Addúntur noctes: ínterim ille hamúm vorat.
Si sémel amoris póculum accepit meri,
Eaque íntra pectus sé penetravit pótio,
Extémplo et ipsus périit, et res ét fides. 45
Si irátum est scortum fórte amatorí suo,
Bis périt amator áb re atque ab animó simul;
Sin álteri alter pótior est, idém perit:
Si ráras noctes dúcit, ab animó perit:

V. 28. 29. *iracundiae sunt, quot sui pericla amanda Di.*
V. 31. *miros annua.* V. 33. om. *meret.* V. 35. *qui jaculum.*
V. 37. *Sin iecit rete.* V. 38. *Dum huc, dum illuc reti eos impedit.*
V, 40. *Sed id quod.* V. 43. *mere.*
V. 47. *Periit — ab re atque animo.* V. 48. *alter alteri.*

Sin increbravit, ípsus gaudet, rés perit. 50
Ita * * * * et in aédibus lenóniis,
Priusquam únum dederis, céntum quae poscát parat.
Aut aúrum periit, aút conscissa pállulast,
Aut émpta ancilla, aut áliquod vasum argénteum,
Aut áliquod vasum aénum, aut lectus dápsilis, 55
Aut ármariola Graéca, aut aliquid sémper est,
Quod péreat, debeátque amans scortó suo.
Atque haéc celamus nós damna, una indústria
Cum rém fidemque nósque nosmet pérdimus,
Ne quíd parentes, neú cognati séntiant. 60
Quos út celamus, sí faximus cónscios,
Qui nóstrae aetati témpestivo témperint,
Unde ánteparta démus postpártoribus:
Faxím, lenonum et scórtorum ut plus ést, minus
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt, siet. 65
Nam núnc lenonum plús et scortorúmst fere,
Quam olím muscarumst, cúm caletur máxime.
Nam si álibi nusquam súnt, circa argentárias
Scortís lenones quási scatunt quotídie.
Ea nímiast natio: quíppe qui certó scio, 70
Tripló plus scortorum ésse jam quam pónderum:
Quos quám quidem ad rem dícam in argentáriis
Reférre habere, nísi pro tabulis, néscio,
Ubi aéra perscribántur usuária:
Accépta dico, expénsa ne quis cénseat. 75
Postrémo in magno pópulo, in multis hóminibus,
Re plácida atque otiósa, victis hóstibus
Amáre oportet ómnis, qui quod dént habent.
Nam míhi isthaec meretrix, quae hic habet, Phronésium

V. 51. *Ita disciplina in aedibus est lenpniis* ex conj. Crmerarii.
V. 55. *Aut vasum aenum aliquod.* V. 61. *Quos cum celamus.*
V. 66. *lenonum et scortorum plus est fere.*
V. 68. *Nam nusquam alibi si sunt.* V. 69. *Scorti lenones quasi sedent.* V. 70. *ratio.* V. 71. *Aeri plus scortorum.*
V. 72. *quidem quam.* V. 75. *Accipiat illico expensa, neque censeat.*
V. 79. *Nam mihi haec.*

Suum nómen omne ex péctore exmovit meo. 80
[Phronesium, nam Phronesis est sapientia.]
Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntimum,
Quod amántis multo péssumumst pecúniae.
Eadém, postquam alium répperit, qui plús daret
Damnósiorem, me éxinde amóvit loco. 85
Quem infestum ac odium sibi esse memorabát mala
Babylóniensem mílitem, is nunc dícitur
Ventúrus peregre, eó nunc commentást dolum.
Peperisse simulat sése, ut me extrudát foras;
Atque út cum solo pérgraecetur míline: 90
Eum ésse simulat mílitem pueró patrem,
Eum ísti opus suppósitum puerum péssumae.
Mihi vérba retur dáre sese? an me cénsuit
Celáre se potésse, gravida si foret?
Nam ego Lémno advenio Athénas nudius tértius, 95
Legátus quo hinc cum público imperió fui.
Sed haéc quis mulier ést? — Astaphium ancíllula.
Cum eá quoque etiam míhi fuit commércium.

SCENA II.

ASTAPHIUM, DINARCHUS.

Ast. Ad foris auscultato, ádque serva has aédis, ne qui advéntor
Gravióre abeat, quam advéniat: neu manús qui attulerit intro 100
Sterilés ad nos, gravidás foras expórtet. novi ego móres
Hominum; íta nunc adolescéntes sunt moráti. quin eo ut simitu
Advéniunt congerónes,

V. 81 Sine uncis. V. 85. post *loco* comma posuit Gron.
V. 86 *ac odiosum.*
V. 92. *Quid isti suppositum puernm opus pessumae?*
V. 96 *hinc quo.* V. 99. *ne quis.*
V. 100. 101. *neu qui manus attulerit steriles intro ad nos.* mox *hominum mores.*
V. 102 *morati sunt. quin ei etc.*
V, 103. *Adveniunt ad scorta congerones.*

Consúlta sunt consília, quando intro ádvenerunt, únus
Eórum jam aliquis ósculum amícae usque oggerit.
Illi 105
Dum agánt, sunt ceteri cléptae.
Sin vídeant quempiam se ásservare, oblúdunt qui custódem
Obléctent per joculum ét ludum: de nóstro saepe edúnt, quod
Fartóres faciunt: fit pol hoc: pars spéctatorum scítis
Pol haéc vos me haud mentíri. 110
At rúrsum lepide grátiam reférimus furibus nóstris,
Ubi úsust, pugna et vírtute e praedónibus praedam cápere.
Nam ipsí vident, quo eórum adgerimus bóna loci, quin étiam
Ipsi ággerunt ultro ád nos.
Din. Me illís quidem haec verbis vérberat, nam ego húc dona adcongéssi. 115
Ast. Commémini. iam pol eúmpse ego, si dómi erit, mecum addúcam.
Din. Heus, máne dum, Astaphium, priúsquam abis.
Ast. Qui révocat? *Din.* Respice huc, scíbis.
Ast. Quis ést? *Din.* Qui vobis múlta bona esse vólt.
Ast. Dato, si vis ésse.
Din. Faxó, erunt, respice húc modo. *Asr.* Jo! enicás me miseram, quísquis
Es. *Din.* Péssuma, mane. *Ast.* I, óptume, es odiósus. — En Dinárchus 120

V. 106. *dum illi agunt, quod agunt, sunt.* cum signo lacunae post *cleptae.*
V. 109. *et pars.*
V. 112. *Ibi est ibus pugnae et virtuti, de praedonibus praedam capere.* et h. v. ponit Gron. ante proxime praeced.
V. 113. *cum eorum aggerimus.* et om. *loci.*
V. 114. *ultro ipsi agg ad nos.* V. 115. *verberat verbis* et *huic.*
V. 116. *pol ego eum ipsum.* et tollit punct. post *commemini.*
V. 117. *qui revocat.* Din. *Scies. respice huc.* Ast. *quis est?*
V. 118. *vobis qui.* mox: *Si esse vis.*
V. 120. *Odiosus es. Dinarchusne Illis.*

Si rém servassem, fúit ubi negótiosus éssem.
Ast. An túte bene rempúblicam aut amóris alia lége
Habére posse póstulas, quin tu ótiosus fías?
Din. Illa, haúd ego habui públicum: pervórse interpretáris. 140
Nam advórsum legem a me, ób meam scriptúram pecudem cépit
Aeráque. *Ast.* Idem quod tú facis, faciúnt rei male geréntes.
Ubi nón est, scripturam únde dent, incúsant publicános.
Din. Male vértit res pecuária mihi apúd vos: nunc vicíssim
Vólo habére aratiúnculam pro cópia hic apúd vos. 145
Ast. Non árvus hic, sed páscuust agér. si aratiónes
Habitúris, qui ararí solent, ad púeros ire mélius.
Hunc nós habemus públicum: illi alibí sunt publicáni.
Din. Utrósque percognóvi utrobidem. *Ast.* Istoc pol tu otiósus,
Cum et íllic et hic pervórsus es. Sed utrís cum rem esse mávis? 150
Din. Procáciores éstis vos, sed illi periuriósi.
Illís perit, quidquid datur, neque ipsís apparet quídquam.
Vos sáltem si quid quaéritis et ebíbitis et coméstis.
Postrémo illi sunt ímprobi, vos néquam et gloriosae
Malaéque, *Ast.* Quae in nos íllosque, ea omniá tibi dicis, Dinárche, 155
Et nóstram et illorúm vicem. *Din.* Qui istúc? *Ast.* Rationem dícam:
Quia qui álterum incusát probri, ipsum se intueri opórtet.
Tu a nóbis, sapiens, níhil habes: nos ábs te nequam habémus.
Din. O Astaphium, haud istóc modo solitá's me ante appelláre,

---

V 139 *posse se.* V. 141. *accepit.* V. 148. *alii.*
V. 153. *bibitis.* V. 157. *eum ipsum se.* V. 158. *nequam abs te.*

Sed blánde, cum illuc quód apud vos nunc ést, apud me habérem. 160
Ast. Dum vívit, hominem nóveris: ubi mórtuus es, quiéscas.
Te, dúm vivebas, nóveram. *Din.* An me mórtuum arbitrárc?
Ast. Qui pótis, amabo, plánius? qui antehác amator súmmus
Habitúst, ad amicam istúnc meras querimónias referre!
Din. Vostra hércle factum iniúria, quae próperavistis ólim 165
Rapere: ótiose oportuit: diu ut éssem incolumis vóbis.
Ast. Amátor similis óppidi est hostílis. *Din.* Quo arguméntost?
Ast. Quamprímum expugnarí potest amátor, optumum amícae est.
Din. Ego fáteor, sed longe álter est amícus atque amátor.
Certe hércle, quam vetérrumus homini óptumust amícus. 170
Non hércule occidérunt mihi etiám fundique et aédes
Ast. Cur, óbsecro, ergo ante óstium pro ignóto alienoque ástas?
I intro, haúd alienus tú quidem es. nam ecástor neminem hódie
Mage amát corde atque animó suo, siquídem habes fundum atque aédis.
Din. In mélle sunt linguaé sitae vostrae átque oratiónes, 175
Facta átque corda in félle sunt sita átque acerbo acéto.
E línguis dicta dúlcia datis, e córde amara fáctis,
Amántes si quid nón danunt. *Ast.* non didici philosophári.
Din. Non ísthaec mea benignitas docuit te fabuláre,

V 161. *est.* V. 163. *potis est.* V. 164. *istunc ad amicam.*
V. 167. *Simili'st oppidi hostilis.*
V. 168 *quam — Primum — est amicae.* V. 169. *aliter.*
V. 171. *hercle — fundi.* V. 176. *Lacteque: corda felle sunt lita.*
V. 177. *corda amare facitis Amantes, si qui non — didici fabulari.* Et vers. sq. *fabulari.*

Sed ísti, qui cum Géniis suis bellígerant parcipromi. 180
Malá's, atque eadem, quaé soles, inlécebra. *Ast.* ut éxspectátus
Peregre ádvenisti; nam, óbsecro, cupiébat te hera vidére.
Din. Qui tándem. *Ast.* te unum ex ómnibus amat.
Din. Eúge, fundi et aédes,
Per témpus subvenístis. Sed quid áis, Astaphium?
Ast. Quíd vis?
Din. Estne íntus nunc Phronésium? *Ast.* Tibí quidem intus. *Din.* Valétne? 185
Ast. Valét. Imo edepol mélius jam fore crédo, ubi te vidébit.
Din. Hoc nóbis vitium máximumst: cum amámus, tum perímus,
Si illúd quod volumus, dícitur; palám cum mentiúntur,
Verum ésse insciti crédimus, aut inaéstuamnr íra.
Ast. Eia, haúd itast res. *Din.* Ain tu, me amáre?
Ast. Imo unice únum. 190
Din. Peperísse eam audivi. *Ast.* Obsecro, ah tacé, Dinarche. *Din.* Quíd iam?
Ast. Horrésco misera, méntio quotiés fit partiónis:
Ita paéne tibi Phronésium fuit; i íntro jam, i amábo
Vise íllam, atque opperíre ibi: jam exíbit, nam lavábat.
Din. Quid vis tu? quae nunquám fuit praegnás, qui parere pótuit? 195
Nam equidem úterum illi, quód sciam, nunquam éxtumere sénsi.
Ast. Celábat, metuebátque te illa, né sibi persuadéres,
Ut abórtioni operám daret, puerúmque ut enecáret.
Din. Tum pól isti puero quís pater? *Ast* Babylóniensis míles,

---

V. 182. *Peregre advenisti.* Din. *Nam obsecro.* Ast. *Cupiebat.* Correxerat jam Camerar.
V. 183. *Quid* V. 184. *Subvenistis mihi, sed.*
V. 189. *credimus, nae, ut in aestu, mutuamur ira.*
V. 193. *fuit Phron; i intro jam, amabo.*
V. 199. *quis est pater.*

Cuius núnc ista adventum éxpetit: imo áb eo ut nunciátumst; 200
Jam hic áffuturum aiúnt eum: nondum ádvenisse míror.
Din. Ibo ígitur intrò. *Ast.* Quíppini? tam audácter, quam domum ád te.
Nam tu édepol noster és. sed i iam núnc, Dinarche.
Din. Quám mox
Tu té recipissis? *Ast.* Jam hic ero; prope ést, profecta quó sum.
Din. Redi véro actutum. ego ínterim te apúd vos opperíbor. 205

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

ASTAPHIUM.

Há, ha, he requiévi, quia íntroit ódium; tandem sóla sum.
Núnc quidem meo árbitratu libere, quae volám, loquar.
Huíc amanti méa hera apud nos díxit neniam dé bonis.
Nam aédes et fundi óbligati súnt ob amoris prándium.
Vérum apud hunc mea héra consilia súmma eloquiquitur líbere. 210
Mágis ei adeo cónsiliarius hic est, quam auxiliárius.
Dum fuit, dedit nunc níhil habet. quod habébat, nos habémus.
Iste íd habet, quod habúimus nos: humánum facinus fáctumst.
Actútum fortunaé solent mutári: varia vítast.
Nos divitem istum méminimus, atque íste pauperés nos. 215

V. 200. *imo adeo.* V. 203. *es etiam jam nunc, Dinarche.*
V. 204. *Te recipis tu.*
V. 207. *loquar libere quae volam et quae lubebit.*
V. 208. *Huic homini amanti.*
V. 209. *Nam fundi et aedes obligatae.*
V. 211. *Magisque adeo ei — hic amicus est.*
V. 213. *Iste nunc id habet, quod nos habuimus.*
V. 214. *mutarier.* V. 215. *divitem eum.*

Vortérunt se memóriae: stultús sit, qui id mirétur.
Si egét, necesse est, nós pati in víta: ita aequum fáctust.
Piáculumst miseréri nos hominúm rei male geréntum.
Bonis ésse oportet déntibus laenám probam: arridére,
Quisquís veniat, blande álloqui: male córde consultáre, 220
Béne loqui linguá. meretricem símilem sentis cóndecet,
Quémquem hominem attigerít, profecto aút malum aut damnúm dare.
Núnquam amatoris meretricem opórtet causam nóscere,
Quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militiá domum.
Núnquam quisquam próbus amator, nísi qui re inimicúst suae. 225.
Núgae sunt, nisi módo quod dederit, dáre jam lubeat dénuo.
Is amatur hic apúd nos, qui quod dédit, id oblitúst datum.
Dum hábeat, tum amet: úbi nil habeat, álium quaestum coépiat.
Aéquo animo, ipse sí nil habeat, áliis qui habent dét locum.
Próbus amator, qui relictis rébus rem perdít suam. 230
At nós male agere praédicant viri solere sécum,
Nosque ésse avaras. quaéso, nam qui mále nos agimus tándem?
Nam ecástor nunquam sátis dedit suae quísquam amicae amátor,
Neque pól satis accépimus, neque úlla satis popóscit.
Nam quándo sterilis ést amator á datis, 235
Si sátis negat se habére quód det, néc satis
Accépimus, satís cum quod det, nón habet.

V. 216. *sese — admiretur.* V. 217. *nos patiatur ali; ita.*
V. 220. *blandeque.* V. 221. *esse similem.* V. 222. *dari.*
V. 224. *mittas.* V. 225. *Nec unquam — probus erit amator.*
V. 226. *nisi quod modo cum dederit.* V. 230. *Probus est amator.*
V. 232. *num.* V. 235. post *datis* addit *improbus est* cum Lamb.
V. 236. *Si negat se habere, quod det, soli pernoctandum est, Nec satis* cum Lamb. V. 237. *Accipimus.*

Sempér datores nóvos oportet quaérere,
Qui dé thesauris íntegris demúnt, danunt.
Velut hic agrestis ést adolescens, qui hic habet, 240
Nimis pól mortalis lépidus, nimis probús dator.
Sed is clám patre etiam hac nócte illam macériam
Per hórtum transsilívit ad nos: eúm volo convenire.
Sed ést huic unus sérvos violentíssumus,
Qui, ubi quámque nostrarúm videt prope aédis hasce, egrédiens 245
Item út de frumento ánseres, clamóre absterret, ábigit.
Ita is ést agrestis. Séd foris, quidquíd futurumst, fériam.
Ecquis huíc tutelam jánuae gerit? écquis intus éxit?

SCENA II.

STRATILAX, ASTAPHIUM.

Quís illic est, qui tám proterve in nóstras aedes árietat?
Ast. Égo sum, respice ád me. *St.* Quid, ego? *Ast.* Nónne ego videor? *St.* Vaé tibi! 250
Quid tibi ad has accéssiost aedís prope, aut pultátio?
Ast. Sálve. *St.* Satis mihi est tuaé salutis. níl moror. non sálveo:
Aégrotare málim quam esse tuá salute sánior.
Id volo scire, quíd debetur hic tibi nostraé domi.
Ast. Cómprime — *St.* Spero meám quidem hercle: tú quae solitá's, cómprimas. 255
[Imprudens per ridiculum ut rustico suadet stuprum.]
Ast. Iram dixi. *St.* Ut ésse coepit, ítidem cisti una álteram.
Ast. Nímis quidem hic truculéntus. *St.* pergin' mále loqui, muliér mihi?

V. 242. *illac* et omittit *maceriam*.
V. 245. *prope aedis, hac si egredias.*
V. 247. *Is item est — est futurum.* V. 249. omittit: *in.*
V. 250. *video.* V. 256. sine uncis
V. 257. *ut esse coepisti, si dem, si est una altera.*
V. 258. *hic quidem.*

Ast. Quíd tibi ego autem díco? *St.* Quía enim mé truculentum nóminas.
Núnc adeo, nisi abís actutum, aut dícis, quid quaerás, cito, 260.
Jam hércle ego hic te, múlier, quasi sus cátulos pedibus próteram.
Ast. Rús merum hoc quidémst. *St.* Pudendum et véro clurinúm pecus,
Rús tu mihi opprobrás, ut nactus hóminem, quem pudét probri?
Advení istuc, sís, tentatum cúm éxornatis óssibus!
Quía tibin' suaso ínfecisti, própudiosa, pállulam, 265
An eo bella's, quám clepsisti? Ar me advenias.
Ast. Núnc places.
St. Quám me tibi velím. *Ast.* Mentire. Dícis — *St.* Quid? *Ast.* Quod té rogo?
St. Máncupium qui accípias, gesta técum annuós penos.
Ast. Dígnis dant. *St.* Laciniae isthaec sunt, quás habes victórias?
Ast. Ne áttigas me. *St.* Tángamne ego te? íta me amabis, sárculum, 270
Ut ego ruri mé hamaxari mávelim patulúm bovem,
Cúmque eo noctem ínstramentis pérnoctare pérpetim,
Quám tuas centúm coenatas nóctis mihi donó dari.
Séd quid apud nostrás negoti, múlier, est aedis tibi?
Quíd tu occursas hóc, in urbem quótiescunque advénimus? 275
Ast. Múlieres volo cónvenire vóstras. *St.* Quas tu múlieres
Míhi narras, ubi músca nulla foéminast in aédibus?

V. 260. *ac dicis.* V. 262. *pudendumne? tu vero clurinum pecus.*
V. 263. *pudeat.* V. 264. *advenisti huc sistentatum.*
V. 265. *tibi insuaso.* V. 266. *es, quia accepisti? Ar.*
V. 267. *me illi velim.* Ast. *Mentiris.* St. *Dicis quod te rogo?*
V. 269. *Laviniae hic sunt.*
V. 270. *tangam? ita me amabit sarculum* V. 271. *patalem.*
V. 272. *eo ita noctem — perpetem.* V. 274. *negotii.*

Ast. Núllane istic múlier habitat? *St.* rús, inquam, abierúnt. abi.
Ast. Quíd clamas, insáne? *St.* abire hinc ní properas grandí gradu,
Iam ego istos fictós, compositos, críspos cincinnós tuos 280
Unguentatos úsque ex cerebro expéllam. *Ast.* Quanam grátia?
St. Quía adeo nostrás unguentis úncta's ausa accédere,
Quíaque istas buccás tam belle púrpurissatás habes.
Ast. Érubui mecástor misera própter clamorém tuum.
St. Itane eruhuistí? quasi vero córpori relíqueris 285
Tuó potestatém coloris úlli capiendí, mala.
Búccas rubricá; creta omne córpus intinxtí tibi.
Péssumae estis. *Ast.* Quíd est, quod vobis péssumae haec*
St. Scío ego plus, quam me árbitrare scíre. *Ast.* Quid id est, óbsecro,
Quód scias? *St.* Herílis noster fílius apud vós Strabax 290
Ut pereat, ut eum ínliciatis ín malam fraudem et praémium.
Ast. Sánus si videáre, dicam; dícis contuméliam.
Némo hominum hic perire solet apúd nos. res perdúnt suas:
Ubi res perdidére, abire hinc sí volunt, nudís licet.
Égo non adolescéntem novi vóstrum. *St.* Veron'? *Ast.* Sério. 295
St. Quín maceria illa aít, in horto quae ést, quae in noctis síngulas,
Látere fit minór, qua iste ad vos dámni permensúst viam.
Ast. Nón mirum, vetus ést maceria, láteres si veterés ruunt.
St. Aia tu, mala, láteres veteres rúere? nunquam edepól mihi

V. 282. *Quia adeo fores nostras.* V. 287. *rubricae; cera.*
V. 294. *perdidere res.* V. 295. *novi adolescentem.*

Quisquam homo mortalis posthac duárum rerum créduit, 300
Ní ista ego nostro heró maiori fácta denarrávero.
Ast. Éstne ille violéntus? *St.* Suam non ílle enim meretrículis
Múniendis rém coegit, vérum parsimónia
Dúritiaque: quaé nunc ad vos jam éxportatur, péssumae.
Hém, o sexungulá malae vivitís. egone haec ut mussitem? 305
Iam enim ibo eccere ín forum atque haec fácta narrabó seni.
Néque istuc in se géstit tergum cógere examén mali.
Ast. Si hic ecastor hómo sinapi víctitet, non cénseam,
Tam ésse tristem pósse. at pol hero bénevolens ut is ést suo!
Vérum ego illum, quamquám violentust, spéro mutari potest 310
Blándimentis, órnamentis céteris meretríciis.
Vídi equidem ex indómitis domitas fieri aeque alias bélluas.
Núnc ad heram revidébo. Sed odium éccum progreditúr meum.
Trístis exit. haúd convenit étiam hic dum Phronésium.

SCENA III.

DINARCHUS, ASTAPHIUM.

Piscís ego credo, qui úsque dum vivúnt, lavant, 315
Minús diu lavere, quam haéc lavat Phronésium.
Si proínde amentur múlieres, diu quám lavant,
Omnés amantes bálneatorés sient.

V. 301. *Vostro.* V. 302. *non enim ille.*
V. 305. *Hem, tu o sexungula, male vivitis. egone haec mussitem?*
V. 306. *Jam enim ibo in forum.*
V. 307. *Neque istuc in se gestit, ergo coget exanimem mali.*
V. 308. *Si ecastor hic.* V. 310. *ego illum quanquam.*
V. 312. *Vidi equidem ex jumentis domita fieri, atque alias belluas.*
V. 313. *eccum odium.*

Ast. Non quís parumper dúrare, opperírier?
Din. Quin hércle lassus súm jam durandó miser. 320
Mihi quóque prae lassitúdine opus est, út lavem.
Sed, óbsecro hercle, Astáphium, i intro ac núncia,
Me adésse: i propere et suáde ut satis jam láverit.
Ast. Licet. *Din.* Aúdin' etiam? *Ast.* Quíd vis? *Din.*
Di me pérduint,
Qui té revocavi: nón' tibi dicebam; í modo. 325
Ast. Quid iám revócabas me, ímprobe, nihilíque homo?
Quae mille passum péperit tibi morám mora.
Din. Sed quid haéc hic autem tám diu aute aedís
stetit?
Nesció, quem praestolátast: credo mílitem.
Illuc sis vide, ut jam quási volturii triduo 330
Prius praédivinant, quó die esurí sient:
Illum ínhiant omnes: ílli est animus ómnibus,
Me némo magis respíciet, ubi iste huc vénerit,
Quam si hínc ducentos ánnos fuerim mórtuus.
Ut rei servire suáve est! vae miseró mihi! 335
Post fáctum plector, quia ántepartum pérdidi.
Verúm si qua mihi obtígerit nunc heréditas
Magna átque luculénta, nunc potsquám scio,
Dulce átque amarum quíd sit ex pecúnia:
Ego istós, qui nunc me cúlpant, confutáverim. 340
Ita ego édepol illam sérvem, ita parce víctitem,
Ut — núlla faxim cís dies paucós siet.
Sed aéstuosas séntio aperirí foris,
Quae absórbent, quidquid vénit intra péssulos.

V. 321. Gron. assignat Astaphio.
V. 323. *tu i propere — jam ut satis.* V. 326. *me revocabas.*
V. 327. *Quae tibi mille passuum peperit morae mora.*
V. 330. *Illud est. vide.*
V. 337. *Verum nunc si qua mihi obtigerit hereditas.*
V. 340. Gron. ponit post V. 342.
V. 343. *Sed est vocis sat. sentio.*

SCENA IIII.

PHRONESIUM, DINARCHUS.

Num tíbi nam, amabo, jánuast mordáx mea, 345
Quo introíre metuas, méa voluptas? *Din.* Vér vide:
Ut tóta floret! út olet! ut nitidé nitet!
Phr. Qui tam inficetus, Lémno adveniens quí tuae
Non dés amicae, mí Dinarche, suávium?
Din. Vah, vápulo hercle egó nunc, atque adeó male. 350
Phr. Quo te ávortisti? *Din.* Sálva sis, Phronésium.
Phr. Salve: hícne coenas hódie, salvos cum ádvenis?
Din. Promísi. *Phr.* Ubi coenábis tu? *Din.* Ubi tu jússeris.
Hic. *Phr.* Mé lubente fácies. *Din.* Edepol mé magis.
Nempe tú eris hodie mécum, mea Phronésium? 355
Phr Velím, si fieri póssit. *Din.* Soleas cédo mihi.
Properáte: auferte ménsam. *Phr.* Amabo, sánun'es?
Din. Non édepol bibere póssum jam, ita animó male est.
Phr. Mane: áliquid fiet: né abi. *Din.* ah, aspersísti áquam.
Jam rédiit animus: sóleas deme: cédo, bibam. 360
Phr. Idem és ecastor quí soles: sed díc mihi,
Benene ámbulavisti? *Din.* Húc quidem hercle ad té bene,
Quom tuí videndi cópiast. *Phr.* Compléctere.
Din. Libéns, ah hoc est mélle dulci dúlcius.
Hoc tuís fortunis, Iúppiter, praestánt meae. 365
Phr. Dan' suávium? *Din.* Imo vél decem. *Phr.* Haud istoc paúper es.
Plus póllicere tú, quam ego a te póstulo.
Din. Utinam á principio réi item parsissém meae,
Ut núnc reparcis suáviis. *Phr.* Si quíd tibi
Compéndi facere póssim, factum edepól velim. 370

V. 348. Gron. distinguit post *adveniens.*
V. 349. omittit *mi.* 352. *hodie coenas.*
V. 356. *cedo soleas mihi.* V. 360. *deme soleas.*
V. 363. *Quoniam.* V. 364. *hoc est mel melle dulcius.*
V. 366. *Dane* V. 367. omittit: *tu.* V. 370. *Compendii.*

Din. Jam lavísti? *Phr.* Jam pol míhi quidem atque oculís meis.
Num tíbi sordere vídeor. *Din.* Non pol míhi quidem.
Verúm tempestas mémini, cum quondám fuit,
Cum intér nos sorderémus alter álteri.
Sed quíd ego facinus aúdivi adveniéns tuum, 375
Quod tu hic me absente novi negoti gésseris?
Phr. Quid id ést? *Din.* Primumdum cúm tu es aucta líberis,
Cumqué bene provenísti salva, gaúdeo.
Phr. Concédite hinc vos intro atque operíte óstium:
Tu núnc superstes sólus sermoni meó es. 380
Tibi méa consilia súmma semper crédidi.
Equidém nec peperi púerum, nec praegnás fui,
Verum ássimulavi me ésse praegnatem, haúd nego.
Din. Quaprópter, o mea vita? *Phr.* propter mílitem
Babylóniensem, qui quasi uxorém sibi 585
Me habébat anno, dum híc fuit. *Din.* Ego sénseram.
Sed quíd istuc? quoi rei id te ássimulare réttulit?
Phr. Ut ésset aliquis láqueus et redimículum,
Revórsionem ut ád me faceret dénuo.
Nunc húc remisit núper ad me epístolam, 390
Sese éxperturum, quánti sese pénderem:
Si, quód peperissem, id éducarem ac tóllerem.
Boná sua me habiturum ómnia. *Din.* Auscultó lubens.
Quid dénique agitis? *Phr.* Máter ancillás jubet,
Quoniám jam decimus ménsis adventát prope, 395
Aliam íre aliorsum, praémandare et quaérere
Puerum aút puellam, quí supponatúr mihi;
Quid múlta verba fáciam? tonstricém Suram
Novísti nostram, quaé modo erga aedís habet.

V. 374. *unus alteri.*
V. 377. nunc primum accessit ex cod. Ambros. Mai. At in illo legitur: *Primum cum tuis es auct lib.*
V 379. 380. accesserunt ex eodem cod. Ambros. Sed in illo vitiose est: *supersus.*
V. 383. *haud eram.* V. 397. *supponantur.*

Din. Novi. *Phr.* Haéc una opera círcumit per fámi-
lias, 400
Puerúm vestigat clánculum, ad me détulit,
Datúm sibi esse díxit. *Din.* O mercés malae,
Eum núnc non illa péperit, quae peperít prior,
Sed tú posterior. *Phr.* Ordine omnem rém tenes.
Nunc, ut praemisit núncium milés mihi, 405
Non múlto post hic áderit. *Din.* Nunc tu te ínterim
Quasi pró puerpera híc procuras? *Phr.* Quíppini,
Ubi síne labore rés geri pulchré potest?
Ad suúm quemque aequumst ésse quaestum cállidum.
Din. Quid mé futurumst, quándo miles vénerit? 410
Relíctusne abs te vívam? *Phr.* Ubi illud, quód volo,
Habébo ab illo, fácile inveniam, quómodo
Divórtium et discórdiam inter nós parem.
Post íd ego tecum, méa voluptas, úsque ero
Assíduo. *Din.* Imo hercle véro accubuo mávelim. 415
Phr. Quin Dís sacrufícare hódie pro pueró volo,
Quintó die, quod fieri oportet. *Din.* Cénseo.
Phr. Non aúdes aliquod dáre mihi munúsculum?
Din. Lucrum hércle videor fácere mi, voluptás mea,
Ubi quíppiam me pósçis. *Phr.* At ego, ubi ábstuli. 420
Din. Jam fáxo hic aderit: sérvolum huc mittám meum.
Phr. Sic fácito. *Din.* Quidquid aútem erit, boni cónsulas.
Phr. Ecástor munus té curaturúm scio,
Ut cúius me non poéniteat: mittás mihi.
Din. Num quíppiam me vis áliud? *Phr.* Ut quando
ótium 425
Tibi sít, ad me revísas. *Din.* Valeas. *Phr.* Béne vale.
Din. Pro Di immortales, nón amantis múlieris,
Sed únanimantis sóciae, fidentís fuit
Officium facere, quód modo haec fecít mihi,
Suppósitionem púeri quae mi crédidit, 430
Germánae quod sorori non credít soror.
Osténdit sese jám mihi medúllitus,

V. 409 *quaestum esse.* V. 414. *Postidea ego tota tecum.*
V. 426. omittit *bene.* V. 428. *sociae unanimantis.* V. 430. *mihi.*

Se mihi infidelem núnquam, se vivá, fore.
Egone íllam ut non amem? égone illi ut non béne velim?
Me pótius non amábo, quam huic desít amor. 435
Ego istí munus non míttam? jam domo éloco
Jubébo ad istam quínque perferrí minas:
Praetérea obsonarí duntaxat ád minam.
Multo ílli potius béne erit, bene quae vólt mihi,
Quam míhimet, omnia quí mihi fació mala. 440

SCENA V.

PHRONESIUM.

Púero isti date mámmam. Ut miserae mátres sollicitaéque
Éx animo suó sunt, cruciantque! Édepol commentúm male,
Cúmque eam rem in corde ágito, nimio pérhibemur minús malo,
Quám sumus, ingenio: égo primum de mé domo docta díctito.
Quántast cura in ánimo, quantum córde dolorem cápio, 445
Né dolus occidat mórte pueri! máter dicta quód sum, eo
Mágis vitae studeó, quae hoc ausa súm, tantum dolum ádgrediri.
Lúcri causa avára probrum exsecúta sum: alienós dolores
Míhi supposiví: nullam rem opórtet aggrediér, nisi
Astute accuráteque exsequáre: vosmet jam videtis 450
Uti ornata incédo: puerperio égo nunc me esse aegram ássimulo.
Mále quod mulier fácere incepit, nísi id efficere pérpetrat,

V. 436. *jam modo ex hoc loco.*
V. 442. omittit *suo.* Ibidem habet: *cruciantúrque.*
V. 443. *Malae.* V. 444. *ego prima domi modo docta dictito.*
V. 445. *corde capio dolorem.* V. 446. *dolus ne occidat*
V. 447. *magis studeo vitae* et *hoc* omittit. V. 448 *sum exsecuta.*
V. 449. *adgrediri.* V. 451. *Ut.*

Id illi morbo, id illi seniost, éa illi miserae míseriast.
Béne si facere incépit, eius eám cito odium pércipit.
Nímis quam paucae súnt defessae, mále quae facere occéperint, 455
Nímis quam paucae efficiunt, si quid occéperint bené facere.
Múlieri nimió male facere mélius onus est, quám bene.
Ego quod mala sum, mátris opera mála sum et meapte málitia:
Quaé me gravidam esse ássimulavi míliti Babylónio:
Eám nunc malitiam áccuratam míles inveniát volo. 460
Iste hic haud multo póst credo aderit: núnc prius praecaveó sciens:
Eúmque ornatum ** ut gravida, quási puerperió cubem.
Dáte mihi huc stactam atque ígnem in aram, ut vénerem Lucinám meam,
Híc apponite, átque abite ab óculis: eho, Pithécium,
Fáce ut accumbam: accéde: adjuta: síc decet puérperam. 465
Sóleas deme: pállium iniice ín me huc, Archilís: ubi es, Astaphium? fer húc verbenam míhi, thus et bellária.
Dáte aquam manibus: núnc ecastor véniat militém, velim.

SCENA VI.

STRATOPHANES, PHRONESIUM, ASTAPHIUM.

Ne éxspectetis, spéctatores, meás dum pugnas praédicem:
Mánibus duelli praédicare sóleo, haud in sermónibus. 470
Scío ego multos mémoravisse milites mendácium.
Et Homeri Atridam ét post illum mille memorari potest.
Qui ét convicti et cóndemnati fálsis de pugnis sient.

V. 454. *Si bene*; V. 455 *occeperunt*.
V. 462. *Eumque gero ornatum*. V. 465. *adiutare*.
V. 466. *soleas mihi duce*. V. 468. *ut veniret miles*. V. 469. *pugnas dum*.
V. 472. *Et Homeronidae Postillae mille memorari potest*.

Nón laudandus ést, quoi credit, qui aúdit, plus quam quí videt.
Nón placet, quem illí plus laudant, qui aúdiunt, quam quí vident. 475
Plúris est oculátus testis únus, quam aurití decem.
Qui aúdiunt, audíta dicnnt: quí vident, planésciunt.
Nón placet, quem scúrrae laudant, mánipulares mússitant:
Néque illi, quorum língua gladiorum áciem praestringít domi.
Strénui nimió plus prosunt pópulo, quam arguti ét cati. 480
Fácile sibi facúnditatem vírtus argutam ínvenit.
Síne virtute argútum civem míhi habeam pro praéfica,
Quae álios collandáre, eapse sése vero nón potest.
Núnc ad amicam décumo mense póst Athenas Atticas
Víso, quam gravidám reliqui meó compressu, quíd ea agat. 485.
Phr. Víde, quis loquitur. *Ast.* jám propingue míles, mea Phronésium,
Tíbi adest Stratophanés. nunc tibi opust, aégrum ut te assimulés. *Phr.* Tace,
Quíd ad hoc egeo tuí, malum, admonitrícis? an me málitia
Víncere est . . ? * * * *
St. Péperit mulier, út ego opinor. *Ast.* Vín adeam ad hominem? *Phr.* Ita volo. 490
St. Eúge, Astaphium eccum ít mihi advorsum. *Ast.* Sálve ecastor, Strátophanes.
Veníre salvom. *St.* Sció: sed peperitne, óbsecro Phronésium?
Ast. Péperit puerum nímium lepidum. *St.* Ecquíd mihi similis ést? *Ast.* Rogas?
Quín' ubi natus ést, machaeram et clúpeum poscebát sibi?

V 474. *quoi plus credit, qui audit.* V. 475. *cum illi.* V. 483. *Se.*
V. 488 *an me maleficio vincere est?* sine signo lacunae.
V. 490. *Vin adeam hominem?* Phr. *Volo.* V. 494. *Quin.*

St. Méus est, scio jam de árgumentis. *Ast.* Nímium similis ést. *St.* Papae! 495
Mágnust? iam electát legionem, quám spoliare vélit? *Ast.* Here
Núdius quintùs nátus est quidem ílle. *St.* Quid tum póstea?
Inter tot diés quidem hercle jam áliquid actum opórtuit.
Quíd illi ex útero exítiost, priusquam póterat ire in proélium?
Ast. Cónsequere atque illám saluta, et grátulare illí. *St.* Sequor. 500
Phr. Ubì illast, obsecró, quae me hic relíquit, et abs me déstitit?
Ast. Assum: adduco tíbi exoptatum Strátophanem. *Phr.* Ubi is est, obsecro?
St. Márs peregre adveniéns salutat Nérienem uxorém suam.
Cúm tu recte próvenisti, eúmque es aucta líberis,
Grátulor, cum míhi tibique mágnum peperisti decus. 505
Phr. Sálve, qui me intérfecisti péne et vita et lúmine,
Quíque vim magni doloris pér voluptatém tuam
Cóndidisti in córpus, quo nunc étiam morbo míserasum,
St. Eía, haud ab re, méa voluptas, tibi istic obvenit labos:
Fílium peperísti, qui aedis spóliis opplebít tuas. 510
Phr. Múlto ecastor mágis oppletis trítici opust gránariis,
Ne ílle priusquam spólia capiat, híc nos extinxít fames.
St. Hábe bonum animum. *Phr.* Suávium sis pete hínc a me, nequeó caput
Tóllere, ita dolui, ítaque ego nunc dóleo: neque etiám queo
Pédibus mea sponte ámbulare. *St.* Sí plane ex mediò mari 515

V 495. *nimium quidem simili'st.*
V. 496. *Jam magnus est? iamne electat.*
V 497. *natus quidem ille est.* V 498. *iam aetum aliquid.*
V. 501. *reliquit atque abstitit.* V. 505. *dedisti decus.*
V. 509. *tibi obvenit istic.* V. 511. *opust tritici granariis.*

Suávium petere tuúm jubeas, petere haúd me pigeat, mél meum.
Id ita esse experta és, nuncque experiére, mea Phronésium,
Me te amare: addúxi ancillas tíbi eccas ex Suriá duas.
Iís te dono. addúce hoc tu istas. séd reginae istaé domi
Suaé fuerunt ámbae: verum pátriam ego excidí manu. 520
Iís te dono. *Phr.* Poénitetne té, quot ancillae súnt ïam,
Quín' etiam insuper ádducas, quae mí comedint cibum? *St.* Hóc quidem
Hércle si ingratumst dónum, cedo tu míhi istam, puere, pérulam.
Méa voluptas, áttuli eccam pállam ex Graeciá tibi,
Téne tibi. *Phr.* Hoccine mihi ób labores tántos tantillúm dari? 525
St. Périi hercle miser: iám mihi auro cóntra constat filius.
Étiamnum me níhili pendit? — Púrpuram ex Sará tibi
Attuli; et duas Pónto Amazonas hém tibi, voluptás mea,
Accipe; hoc addúce: abduce has hínc e conspectú Suras.
Écquid amas me? *Phr.* Nihil ecastor: néque meres. *St.* Nilne huíc sat est? 530
Né mihi verbúm quid unum díxit. viginti minis
Vénire illaec pósse credo dóna, quae ei donó dedi.
Véhementer nunc mihi ést irata: séntio atque intélligo.
Vérum adibo. quíd ais nunc tu? núm vís me, voluptás mea,
Quó vocatus sum, íre ad coenam? nóx ad te huc cubitum ívero. 535

V. 519 *sed istae reginae.* V. 520. *fuere.* V. 521. *poénitetne te.*
V. 522. *super* et *mihi.*
V. 524. *Hem, mea voluptas — ex parva Graecia tibi.*
V. 527. *vilipendit.*
V. 528 *Attuli, et induvias Ponto amoenas, tene tibi, vol. m.*
V. 529. *Accipe hoc, abduce hasce hinc e consp. Suras.*
V. 534. *numne.* V. 535. *mox.*

Quíd taces? — Planíssume edepol périi. Sed quid illúc boni est?
Quís est homo, qui indúcit pompam tántam? certumst, quó ferant,
Observare. huic crédo fertur. vérum jam scibó magis.

SCENA VII.

GETA, PHRONESIUM, STRATOPHANES.

Ite, íte hac simúl mulieri damnigéruli, [foras gerones]
Bonórum exagógae. Satinne, qui amant, néqueunt, quin níhili 540
Sint atque improbís sese artibus éxspolient; nam hoc quí sciam,
Né quis id quaerat éx me, domi est, quí facit improba fácta amator.
Qui bóna habet pro stércore suá, foris jubét ferri, métuit
Públicos: mundíssimum sit, púras aedis síbi esse volt.
Domí quidquid habet, vérritur ἐξῷ. qnándoquidem ipsus pérditum se it, 545
Secréto hercle equídem illum adjutábo; nequé mea quidem ópera
Unquam hílo minús propere, quám pote, peribit.
Nam jám de istocce óbsonió, de mina úna demínui
Modó quinque númos: mihi détraxi pártem Herculáneam.
Nam hóc assimile est, quási de fluvio quí aquam derivát sibi, 550
Nísi derivetúr; tamen omnis ílla aqua abeat ín mare.
Nam hóc in mare abit, mísereque perit síne bona omni grátia: haec
Fíeri cum videó suffuror, súppilo, de práeda praedam

V. 537. *Quis est homo.*
V. 539. *muli aeris* et verba: *foras gerones* sine uncis.
V. 540. *hamaxagogae — qui amat, nequit — sit — expoliet.*
V. 543. *sua pro stercore.* V. 544. *puras sibi esse volt aedes.*
V. 547. *Unquam nihilo minus — potest.* V. 548. *de hoc obs.*
V. 551. *omnis ea aqua.* V. 552. *sine omni bona gratia.*
V. 553. *Cum video fieri.*

Cápio: meretricem égo item esse reor, máre ut est: quod des, dévorat;
Núnquam abundat; at hóc saltem servát mare: quod illí subest, 555
Apparet: huic dés quantumvis, núsquam apparet, néque datori
Neque ácceptricae. Velut herúm meum merétrix miserúm sua blandítia
Intúlit in paupériem, privávit bonís, luce, honóre atque amícis.
Attat eccam, adést propingue. crédo audisse haec mé loqui.
Pállidast, ut púerum peperit. álloquar, quasi nésciam. 560
Iúbeo vos salvére. *Phr.* Nóster Géta, quid agis? utí vales?
Get. Váleo et venio ad mínus valentem; et mélius qui valeát, fero.
Hérus meus, tuus océllus ad te férre me haec jussit tibi
Dóna, quae illós férre vides et hás quinque argentí minas.
Phr. (Pol,) haúd perit, quód illum tántum amo. *Get.* Jússit oráre, ut haec gráta haberés tibi. 565
Phr. Gráta mecástor habeó: iubeto aúferri intro, í Cyame.
Écquid audítis, hera quae ímperat? *Get.* Laúta nolo aúferant:
Désiccari lubet. *Phr.* Impudens mécastor. quid negoti ést? *Get.* Bona tún' fide
Tún' ais impudéntem me esse, quae ípsa's stabulum flágiti?

V. 555. *Nec unquam.* V. 557. *acceptrici.* V. 559. *audiisse.*
V. 561. *ut.* V. 563. *ocellus tuus.*
V. 566. *Grata aequaque ecastor habeo. iubeo auferri intro i Cyame.*
V. 567. *Ecquid auditis haec, quae imperata sunt?* Get. *Vasa nolo auferant.*
V. 568. *quanti est negotii?* Get. *tun' bona fide.*
V. 569. *ipsa quae sis stab. flagitii?*

Phr. Díc, amabo, ubi ést Dinarchus? *Get.* Domí.
Phr. Dic, ob ista dóna, quae 570
Ad me miserít, me illum hominum amáre plurimum ómnium,
Érga eumque honórem habere me ómnium hominum máxumum:
Utque huc veniat, óbsecrare. *Get.* Licét, sed quisnam illíc homost,
Trístis, qui ipsus sé comest? hercle, ánimo homo suóst miser,
Quísquis est. *Phr.* Dignúst mecastor. *Get.* Quíd id est?
Phr. Non nosti, óbsecro? 575
Qui íllic apud me erat, húiust pueri páter: usque abjectáculum
Jússit ali. *St.* Mansi, aúscultavi, óbservavi. Hem, pérviamst,
Nóvi hominem nihili. *Get.* Illic quaesost? *Phr.* Illic est. *Get.* Me intuetúr gemens.
Tráxit ex íntimo véntre suspíritum. Hóc vide, déntibus
Fréndit, icít femur. num óbsecro nam áriolus, qui ípsus se vérberet? 580
St. Núnc ego meos ánimós violentós, meamque íram ex péctore
Jám promam: loquere: únde es? quoius és? cur ausus ínclementer
Dícere tu mihí. *Get.* Lubidost. *St.* Istuccine mihí responsas?
Get. Hóc, non ego te flóccifacio. *St.* Quíd tu, cur ausa és alium te

V. 570. *ob haec.*
V. 571. *me illum amare plurimum omnium hominum.*
V. 572. *Ergo meumque hon. illum hab. omnium maximum.*
V. 573. *Atque ut huc veniat — Licet.*
V. 574. *qui ipsus se comest, tristis, oculis malis? animo hercle homo suo est miser.* V. 575. *Quid est? — novisti.*
V. 576. *huius pater pueri illic est. usque ad jentaculum.*
V. 577. *observavi.* Get. *quem pernam, Novi.* Et personae notatio ante *Mansi* deest.
V. 583. *Mihi dicere*, om. *tu.* Et *respondes.*
V. 584. Comma omittit post *Hoc.*

Dícere hominem amáre? *Phr.* Lubitumst. *St.* Aín tandem? istuc primum experiar. 585
Tún' tantilli dóni causa, ólerum atque escarum ét poscarum.
Moéchum malacum, cincinnatum, úmbraticolam, tympanotribam
Hominem amas non naúci? *Get.* Quae haec rés est? meó tun' hero, ímprobe,
Malédicere aúdes, viti fons periúri? *St.* Verbum únum
Adde istoc: iam hercle égo te hic hac offátim conficiám. *Get.* Tage 590
Módo, jam ego te hic ágnum faciam et médium distruncábo, si
Tu ád legionem béllator clués, at ego in culína Ares.
Phr. Si aéquom facias, ádventores nón meos incúrses, quorum
Míhi dona accepta ét grata habeo: túaque ingrata, quae ábs te accepi.
St. Túnc pol et donis privatus sum, ét perii. *Get.* Plane ístuc est. 595
Quíd nunc ergo huic ódio's, conféssus omnibús reus?
St. Périi hercle hodie, ni húnc a te abigo. *Get.* Accede huc, adi húc modo.
St. Scélus viri, minitáre, offatim quém jam concipilábo ego?
Quíd tibi huc véntiost?
Quíd tibi hanc áditiost? 600
Quíd tibi hanc nótiost?
Inquam, amicám meam? emórire ócyus
Si manu níceris.
Get. Quíd, manu nícerim?
St. Fác quod jussi, mane. 605

V. 585. *dicere amare hominem.* V. 590. *Tange.*
V. 593. *meos non incuses.* V. 596. *odiose es.*
V. 597. *Accede huc modo, adi huc modo.*
V. 598. *Etiam, scelus viri, minitare? quem ego offatim jam, jam, jam concipilabo.*
V. 605. *Fac quod jussi, mane. iam ego te hic offatim conficiam.* Get. *Occidi! optumum est. captio est*

Get. Optimumst óccedi. Cáptiost.
Istám machaeram lóngiorem habés, quam haec est, verúm sed
Me síne dum petere, sí quidem belligerandumst técum.
Ibo domum. ego tecúm, bellator, árbitrum aequom céperim.
Séd ego cesso, me hínc amoliri, véntre salvo dúm licet? 610

SCENA VIII.

PHRONÈSIUM, STRATOPHANES.

Date sóleas, atque me íntro actutum abdúcite,
Nam míhi de vento míserae condoluít caput.
St. Quid míhi futurumst, cuí duae ancillaé dolent,
Quibus té donavi: iámne abisti? hem, sic datur.
Quo pácto excludis? quaéso, potine plánius, 615
Quam exclúsus nunc sum? pulchre ludificór. sine.
Quantíllo mihi opere núnc persuaderi potest,
Ut égo suffringam his tálos totis aédibus?
Num quídquam aliarum mútat mores múlierum?
Postquám filiolum péperit, animos sústulit. 620
Nunc, quási mi dicat, néc te iubeo, néc veto
Introíre in aedis. át ego nolo, nón eo.
Ego fáxo dicat me in diebus paúculis
Crudúm virum esse. Séquere me hac. Verbúm sat est.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

STRABAX, ASTAPHIUM.

Rus máne dudúm hinc íre me jussít pater, 625
Ut búbus glandem prándio deprómerem.
Post illuc veni, quam ádvenit (sic Dís placet)
Ad víllam argentum meó qui debebát patri,

V. 608. omittit: *me.* V. 610. *dum salvo.* V. 611. *Dátin'.*
V. 614. *abiisti.* V. 615. *potin'.* V. 618. *hisce.*
V. 619. *quippiam avarum.* V. 621. *mihi.* V. 627. *si Dis.*

Qui ovís Tarentinas érat mercatus dé patre.
Quaerít patrem: dico ésse in urbe: intérrogo, 630
Quid eúm velit? homo cruménam collo détrahit,
Minás viginti míhi dat. accicipío lubens.
Condo ín crumenam: ille ábit: ego properám minas
Ovís in urbem in hác crumena détuli.
Fuít Mars edepol meó periratús patri: 635
Nam ovés illius haúd longe absunt á lupis.
Nunc égo istos mundulós urbanos ámasios
Hoc íctu expònam, atque ómnis eiiciám foras,
Erádicare est cértum cumprimís patrem,
Post íd locorum mátrem. nunc hodie éfferam 640
Argéntum ad hanc, quam máge amo, quam matrém meam.
Tat! écquis est? nullast? écquis hoc aperit óstium?
Ast. Quid ístuc? es alienúsne, amabo, mí Strabax,
Qui nón extemplo inieris? anne opórtuit
Ita té quidem, qui es fámiliaris? *Str.* Ibitur, 645
Ne mé morari cénseas. *Ast.* Lepidé facis.

SCENA II.

STRATILAX, ASTAPHIUM.

Mirúm videtur, rúri herilem fílium
Strabácem non redisse, nisi si clánculum
Collápsus est hic ín corrúptelám suam.
Ast. Jam pól illic inclamábit, si me aspéxerit. 650
St. Quid vís? *Ast.* Quid? exspectó tuam truculéntiam.
St. Nimió minus saevus jám sum, Astaphium, quám fui:
Jam nón truculentus súm: iam noli métuere.
Dic, ímpera mi, quíd vis et quo vís modo.
Novos ómnes mores hábeo, veteres pérdidi. 655

V. 633. *abiit: ego perperas minas.*
V. 635 *fuit edepol Mars meo.* V. 641. *Ad hanc argentum.*
V. 64.. *aperit hoc.*
V. 643. *Quid istuc alienum est, amabo, mi Strabax?*
V. 644 *intres.* V. 648. *rediisse.*
V. 650, *me* Gron. ponit post: *illic.*
V. 65 . Gron. ponit post V. 653. Idem: *tuam exspecto.*
V. 654. *mihi.*

Vel amáre possum, vél jam scortum dúcere.
Ast. Lepidé mecastor núncias: sed díc mihi,
Habén' —? *St.* Parasitum té fortasse dícere.
Ast. Intéllexisti lépide, quid ego dícerem.
St. Heus tú, jam postquam in úrbem crebro cómmeo, 660
Dicax sum factus, jám sum cavillatór probus.
Ast. Quid id ést, amabo? istaécce ridiculária
Cavíllationes vís, opinor, dícere.
St. Ita; ut pauxillum differant a cavíllibus.
Ast. Sequere intro, amabo, méa voluptas. *St.* Téne tibi: 665
Rabónem habeto, mécum ut hanc noctém sies.
Ast. Perii! rabonem! quam ésse dicam hanc bélluam?
Quin tu árrabonem dícis? *St.* Ar fació lucri:
Ut Praénestinis cóniast cicónia.
Ast. Sequere, óbsecro. *St.* Strabácem hic opperiár modo, 670
Si rúri veniat. *Ast.* Is quidem apud nos hic Strabax:
Modo rúre venit. *St.* Priúsne, quam ad matrém suam?
En édepol hominem nihili! *Ast.* Jamne autem út soles?
St. Imó nihil dico. *Ast.* I intro, amabo, cédo manum.
St. Tene. in tabernam dúcor deversóriam, 675
Ubi male accipiar meá mihi pecúnia.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

DINARCHUS.

Néque gnatus, neque prógignetur, néque potest reperírier,
Cui ego nunc díctum aut factum mélius quam Veneri velim.
Di magni, ut ego laétus sum et laetítia differór, ita
Ad me magna núnciavit Géta meus hodie gaúdia. 680
Méa dona deamáta acceptaque hábita esse apud Phronésium.

V. 658. *Habent?* V. 660. *commoveo.* V. 663. *vis fortasse dicere.* V. 664. *differat.* V. 665. *tene hoc tibi.* V. 671. *apud nos est hic.* V. 673. *Hem — anne autem.* V. 680. *Cyamus.*

Cum hóc jam volupest, tum hóc nimio magnaé mel-
liniaé mihi:
Mílitis odiósa ingrataque hábita; totus gaúdeo.
Méa pilast: si répudietur míles, mulier mécum erit.
Sálvus sum, quía péreo: si non péream, plane
périerim. 685. a.
Núnc speculabor, quíd ibi agatur, quís eat íntro, quí foras
Véniat: procul hinc óbservabo, meís quid fortunís fuat:
Quía nil habeo, unum ánimus monuit me: ómnia
agam precário.

SCENA II.

ASTAPHIUM, DINARCHUS.

Lepíde éfficiám meum, hera, ófficiúm. 685. b.
Víde, intús modo tu út tuum item éfficiás.
Ama íd quod decét, rem tuam: ístum exinání.
Nunc dum ísti lubét, dumque habét, tempus: eí
obsecúndes.
Próme venustátem ananti tuam, gaúdia ut cómpares,
Ego hic interím restitrix praesidébo; iste dúm sic 690
Domúm faciat ád te, exagógam: nec quémquam interim
istoc ad vós, qui
Sit ódio, intromittam: tu pérge, ut lubét, ludere ístos.
Din. Qui est íste? eia, Astáphium, indicá: qui perít?
Ast. amabo, hiccíne eras?
Din. Moléstusne súm? *Ast.* Nunc magís quam fuísti:
nam nísi quí
Nobís usu, est nóbis moléstus. Sed óbsecro, da mihi
óperam, ut 695
Narrém, quae veló. *Din.* Nam quid ést? num meá
refert. *Ast.* Non múltum.
Sed íntus bolós quos dat! *Din.* Quid? núm novús
amator quíspiam?
Ast. Integrum ét plenum adórtast thesaúrum. *Din.* Quis
ést? *Ast.* Eloqúar. Sed

V. 684. *mecum perit.*
V. 686. *ut tu.* V. 688. *dum habet tempus: si rei secundes.*
V. 689. *ut gaudia.* V. 690. *interim hic* V. 691. *Faciat domum.*
V. 692. *ludin' istos?* V. 693. *hiccine tu eras.*
V. 696. *non mu.* 697. *num* om. Gron.

Tú taceto. Nóvisti tun' húnc Strabacem? *Din.* Quíppini?
Ast. Sólus summam habét hic apud nos. fúndus nobis núnc is est. 700.
Is animo bonó male rem gerit. *Din.* Hércle, perii egó quidem.
Ast. Stúltus es, qui fácta infecta fácere verbis póstules.
Thétis quoque etiam lámentando paúsam fecit fílio.
Din. Non ego nunc-intro ád vos mittar? *Ast.* Quí dum quam milés magis!
Din. Quía enim plus dedí. *Ast.* Plus enim es íntromissus, cúm dabas 705.
Síne vicissim, quí dant operam, ob íd quod dant, operam útier.
Líteras didicísti, quando scís, sine alios díscere.
Din. Díscant, mihi dum argúmentari líceat, oblitúsne sim,
Qúod didici. *Ast.* Intereá, magister, dúm tu commentábere,
Vólt illa itidem cómmentari. *Din.* Quíd? *Ast.* Rem accipere iténtidem. 710.
Din. Dédi equidem hodie eí argenti quínque deferrí minas,
Praétereà unam in óbsonatum. *Ast.* Idem ístoc delatúm scio.
De eó nunc bene sumús tua virtúte. *Din.* Illine ut inimicí mei
Bóna istic edant? mórtuum hercle mé, quam id patiar, mávelim.
Ast. Mávelim mihi inimícos invidére, quam inimicís meis. 715.
Nam ínvidere alií bene esse, tíbi male esse, míseriast.

V. 699. Din. *Quidni?* V. 700. *nunc is est fundus nobis.*
V. 701. *Is* om. Gron. *Et perii hercle ego idem.*
V. 703. *lessum fecit.* V. 706. *operis utier.*
V. 708. *dum mihi* et *ni oblitus siem.* V. 709. *Quod dedi.*
V. 710. *Volt interim illa itidem.*
V. 715. *quam me inimicis meis.*

Qui ínvident, egént: illi quibus, ínvidetur, * rem habent.
Stúltu's. *Din.* Quid id est? *Ast.* Opperire. *Din.* Quíd jam? *Ast.* Quia pol mávelim.
Din. Nón licet de obsóni parte mé participem fíeri?
Ast. Sí volebas párticipari, auférres dimidiúm domum. 720.
Námque hic itidem ut Acherunti rátio accepti scríbitur,
Intro accipimus. quándo acceptumst, nón potest ferrí foras:
Béne vale. *Din.* Resíste. *Ast.* Amitte, síne. *Din.* Mitte intro. *Ast.* Ad té quidem.
Din. Imo ístoc ad vos. *Ast.* Ad nos iri nón potest. *Din.* Nimiúm potest.
Experire. *Ast.* Imo ópperire. Vís est experírier. 725.
Dícam adesse, ni óccupata. *Din.* Resíste. *Ast.* Frustra's. *Din.* Hém, redin'
An non? *Ast.* Redeam. Séd vocat me, quae ín me plus, quam tú, potest.
Din. Eloquar uno vérbo: mittin' me íntro? *Ast.* Mendax és, abi.
Unum aiebas: tría iam dixti vérba, atque ea mendácia.
Din. Abiit, intro hinc írruit, haec egó mihi ut patiar fíeri? 730.
Jam hércle ego tibi, illécebra, ludos fáciam clamore ín via:
Quaé legem advorsum áccepisti a plúrimis pecúniam,
Jam hércle apud magistrátus omnis fáxo erit nomén tuum.

V. 718. *quid est?*
V. 719. *non licet de obsonii mna me participem fieri?*
V. 721. *Nam itidem hic ut.*
V. 723. Din. *amitto intro.* Ast. *Ad te quidem.*
V. 724. omittit: *Ad nos.*
V. 726. *ni occupata est.* Din. *resiste hem!* Ast. *Frustra es.* Din. *redin'.*
V. 727. *in me plus potest, quam potes.*
V. 728. *Uno verbo eloquor.* V. 729. *sed tria dixti,* et om. *ea.*
V. 730. *hinc ivit. ego ut haec mihi patiar.*
V. 732. *adversum legem.* V. 733. *omnes magistratus.*

Póst id ego manúm te iniiciam quádrupli, venéfica,
Súppostrix puerórum; ego edepol túa probra aperibo ómnia. 735.
Nihili me! jam pérdidi omne, quód fuit: fio ímpudens,
Neque adeost tantíllum pensi jám, quos capiam cálceos.
Séd quid ego hic clamó? quid si me júbeat intromíttier?
Cónceptis, me nón facturum, vérbis jurem, si velit.
Núgae sunt. si stímulos pugnis caédis, manibus plús dolet. 740.
Dé nihilo, nihil ést irasci, quaé te flocci nón facit.
Séd quid hoc est? Proh Di ímmortales, Cálliclem videó senem,
Meús qui affinis fúit, ancillas duás constrictas dúcere,
Alteram tonstrícem huius, álteram ancillám suam.
Pértimui: plus quam úna cura cór meum movít modo. 745.
Tímeo, ne malefácta antiqua méa sint inventa ómnia.

SCENA III.

CALLICLES, ANCILLAE, DINARCHUS.

Ego tibi male dícam, aut adeo mále velim? ut animús meust,
Própemodum expertae éstis, quam ego sim mítis tranquillúsque homo.
Rógitavi ego vos, vérberones, ámbas pendentís simul:
Cómmemini, quo quídque pacto sítis confessaé scio. 750.
Híc nunc volo scire eódem pacto. Síne malo fatéamini.
Quánquam vos colubríno ingenio ambae éstis; edicó prius,
Né duplices habeátis linguas: ne égo bilingues vós necem.
Nísi si ad tintinnáculos vos vóltis educí víros.

V. 734. *te manum.* V. 735 *puerum — edepol jam tua.*
V. 736. Gron sine signo lacunae.
V. 741. *De nihilo illi est — non flocci.*
V. 745. *postquam una cura.* V. 247. *Egone.*
V. 749 *verberantes et pendentes simul.*

Anc. A. Vís subigit verúm fateri; ita lóra laedunt brácchia. 755
Call. At si verum mihi éritis fassae, vínclis exsolvémini.
Din. Étiamnunc, quid sít negoti, fálsus incertúsque sum:
Nísi quia timeó tamen. *Anc. B.* Ego néc quid peccaví, scio.
Call. Omnium primúm diversae státe, hem sic: istóc volo.
Néve inter vos significetis; égo ero paries. lóquere tu. 760
Anc. A. Quid loquar? *Call.* Quid púero factumst, méa quem peperit fília,
Meó nepoti? Cápita rerum mihi éxpedite. *Anc. A.* Istaé dedi.
Call. Jám tace. accepístin' puerum tu ábs hac. *Anc. B.* Accepi. *Call.* Tace.
Níhil moror praetérea. satis es fássa. *Anc. B.* Inficias nón eo.
Call. Jám livorem túte scapulis ístoc concinnás tuis. 765
Cónveniunt adhuc útriusque vérba. *Din.* Vae miseró mihi.
Méa nunc facinora áperiuntur, clám quae speraví fore.
Call. Lóquere tu: qui dáre te huic puerum jússit? *Anc. A.* Hera majór mea.
Call. Quid tu, cur eum áccepisti? *Anc. B.* Hera méa rogavit mé minor,
Púer ut afferrétur, eaque ut célarentur ómnia. 770
Call. Lóquere tu, quid eó fecisti púero? *Anc. B.* Ad meam heram détuli.
Call. Quid eo puero túa hera fecit? *Anc. B.* Heraé meae extemplo dedit.
Call. Cui, malum, herae? *Anc. A.* Duaé sunt istae. *Call.* Cáve tu, nisi quod té rogo.
Éx te exquiro. *Anc. B.* Máter inquam fíliae donó dedit.

V. 755. *subegit.* V. 763. *ab hac.* V. 764. *est fassa.*
V. 773. *cave tu, nisi quod te rogo, nisi Ea quae exquiro.*
V. 774. *Mater filiae dono dedit.*

Call. Plús quam dudum lóquere. *Anc. B.* Plus tu rógitas. *Call.* Responde ócyus. 775
Quíd illa, quoi puer ést donatus? *Anc. B.* Súpposivit. *Call.* Cui? *Anc. B.* Sibi,
Pró filiolo. *Call.* Pró filiolo? Di, óbsecro vostrám fidem,
Ut facilius ália, quam illa unde ést, puerum alienúm parit?
Haéc labore aliéno puérum péperit sine dolóribus.
Puér quidem beátus: matres duás habet et aviás duas: 780
Jám metuo, patrés quot fuerint: víde sis facinus múliebre!
Anc. A. Mágis pol haec malítia pertinet ád viros, quam ad múlieres.
Vír illam non muliér praegnatem fécit. *Call.* Idem ego istúc scio.
Tú bona ei custós fuisti. *Anc. A.* Plús potest, qui plús valet.
Vír erat, plus valébat, vicit: quód petebat, ábstulit 785
Call. Ét tibi quidem hércle idem vir áttulit magnúm malum.
Anc. A. De ístoe ipsa, etsí tu taceas, reápse experta intélligo.
Call. Núnquam te facere hódie quivi, ut ís quis esset, díceres.
Anc. A. Tácui at nunc non táceo; quando adést, necessest, índicem.
Din. Lápideus sum, cómmovere mé miser non aúdeo. 790
Rés palam omnis ést: meo illic nunc fíunt capiti cómitia,
Méum illuc facinus, méa stultitiast. tímeo, quam mox nóminer.
Call. Lóquere, filiám meam quis íntegram stupráverit?
Anc. A. Vídeo te proptér mala facta qui és patronus párieti.

V. 776. om. *puer.* V. 783. *et idem ego.* V. 794. *Video ego te.*

Din. Néc vivus, nec mórtuus sum: néc quid nunc faciám, scio. 795
Néque ut hinc abeam, néque ut hunc adeam scio; timore tórpeo.
Call. Dícin' an non? *Anc. A.* Ést Dinarchus, cúi illam prius despónderas.
Call. Ubi is homost, quem dícis. *Din.* Assum, Cállicles, per tua óbsecro
Génua, ut tu istuc ínsipienter fáctum sapientér feras,
Míhique ignoscas, quód animi impos víni vitio fécerim. 800
Call. Nón places. in mútum culpam cónfers, quod nequit loqui.
Nám vinum si fábulare pósset, se defénderet:
Nón vinum hominibús moderari, víno sed hominés solent,
Quí quidem probí sunt, verum qui ímprobus, is quamvis bibit
Síve adeo carét temeto, támen ab ingenio ímprobust. 805
Din. Scío equidem, quae nólo multa mihi aúdienda ob nóxiam.
Égo tibi me obnóxium esse fáteor, culpae cómpotem.
Anc. A. Cállicles, vidé quaeso homini né facias injúriam.
Réus solutus caúsam dicit: téstis vinctos áttines.
Call. Sólvite istas: ágite, abite, tú domum et tu autém domum: 810
Éloquere haec heraé tuae: puerum réddat, si qui eúm petat.
Eámus, tu, in jus. *Din.* Quid vis in jus me íre? tu es praetór mihi.
Vérum te obsecro, út tuam gnatam dés mihi uxorem Cállicles.
Call. Eúndem pol te júdicasse rém quidem istam, intéllego:

V. 797. *desposponderas.* V. 802. *fabulari.* V. 803. *sed vino.*
V. 804. *qui improbus est, sive subbibit.* V. 806. *obnoxia.*
V. 811. *si quis.* V. 814. *quidem istam rem.*

Nam haúd mansisti, dum égo darem illam: túte sumsisti tibi: 815
Núnc habeas ut náctus, verum hoc égo te multabó bolo:
Séx talenta mágna dotis démam pro ista inscítia.
Din. Béne agis mecum. *Call.* Filium istinc tuúm te meliust répetere.
Céterum uxorém quam primum pótis abduce ex aédibus.
Égo adeo jam illi remittam núntium affini meo. 820
Dícam, ut aliam cónditionem filio inveniát suo.
Din. At ego ab hac puerum reposcam, né mox inficiás eat.
Níhil est. nam ipsa haec últro ut factumst fécit omnem rém palam.
Séd nimium pol ópportune, ecce, áb sese egreditúr foras.
Nae ísta stimulum lóngum habet, quae usque illinc cor pungít meum 825

SCENA IV.

PHRONESIUM, DINARCHUS, ASTAPHIUM

Blítea et lutea est méretrix, nisi quae sápit in vino ad rém suam.
Si ália membra víno madeant, cór sit saltem sóbrium.
Nám mihi dividiaé est, tonstricem meám sic mulcatám male,
Éa esse dixit eúm Dinarchi púerum inventum fílium.
Séd video eccum, quí tutorem suís me adoptavít bonis. 830
Din. Múlier, ad te súm profectus. *Phr.* Quid agitur, voluptás mea?
Din. Nón voluptas. aúfer nugas. níhil nunc ego de istác re ago.
Phr. Sció mecastor, quíd velis et quid póstules et quíd petas.

V. 817. *magna a dote.* V. 819. *potest.* V. 828. *dividia est.*
V. 829. *Ea dixit, eum Dinarchi,* omisso : *esse.*
V. 830. Om *Sed.* Et: *qui manstutorem me adoptavit bonis.*
V. 83 . *Mulier: adsum: profectust.* Phr. *Quid agitur.*
V. 832. *nihil ego nunc.*

Mé videre et mé te amare póstulas. puerúm petis.
Din. Di ímmortales, út planiloquast, paúcis ut rem ipsam áttigit. 835
Ubi id audivit, quám penes est mea ómnis res et líberi?
Phr. Scío equidem sponsám tibi esse, et fílium ex sponsá tua:
Ét tibi uxorém ducendam iam, álibi jam esse animúm tuum.
Ut me quasi pro dérelicta sís habiturus. Séd tamen
Cógitato, mús pusillus quám sit sapiens béstia, 840
Uni aetatem quí cubili núnquam committit suam,
Quía si unum ostium óbsideatur, áliud perfugiúm gerit.
Din. Otium ubi erit, de ístis rebus tum ámplius tecúm loquar.
Núnc puerum redde. *Phr.* Imo amabo, ut hós dies aliquós sinas
Éum esse apud me. *Din.* Minume. *Phr.* Amabo. *Din.* Jám quid opust? *Phr.* In rém meamst. 845.
Tríduum hoc saltém, dum miles áliquo circumdúcitur.
Din. In eam rem? *Phr.* In eam. sí quid habebo, tíbi quoque etiam próderit.
Si aúfers puerum, a mílite tum omnis míhi spes animam effláverit.
Din. Fáctum cupio, nám re facere, sí velim, non ést locus.
Núnc puero utere, ét procura: quia únde procurés, habes. 850
Phr. Múltùm amabo ob istám rem, ecastor. úbi domi metués malum,

---

V. 834. *Me videre vis et me.* V. 836. Gron. ponit post V. 829.
V. 838. *ducendam jam esse: alibi jam animum tuum.*
V. 841. *Aetatem qui uni cubili.*
V. 845. *minume.* Phr. *jam amabo.* Din. *quid opust.*
V. 846. *aliquo miles.*
V. 847. Phr. *In eam rem, si quid habebo,* omittit verba: Din. *In eam rem?* V. 848. *auferes — omnis tum.*
V. 85 . *amabo te ob.*

Fúgito huc ad me: sáltem amicus míhi esto manubiárius.
Din. Béne vale; Phronésium. *Phr.* Jam mé tuum oculum nón vocas?
Din. Id quoque interím furatim nómen commemorábitur.
Phr. Núm quid vis? *Din.* Fac váleas. operae ubí mihi erit, ad te vénero. 855
Phr. Ille quidem hinc abít, abscessit: dícere hic quidvís licet.
Vérumst verbum, quód memoratur, úbi amici, esse ibidem opus.
Própter hunc spes étiamst hodie táctum re iri mílitem.
Quem égo mecastor máge amo, quam me, dum íd quod cupio, inde aúfero.
Quía cum multum abstúlimus, haud appáret multum, quód datumst. 860
Ita sunt gloriaé meretricum. *Ast.* Ahá! tace. *Phr.* Quid ést, óbsecro?
Ast. Páter adest pueri. *Phr.* Sine eumpse adíre: sine si is ést modo.
Síne eum adire, ut cúpit, hac ad me récta: dabo, si, vénerit,
Nae ístum ecastor hódie astutis cónfectum falláciis.

ACTUS QUINTUS.

STRATOPHANES, ASTAPHIUM, PHRONESIUM, STRABAX.

Meó mihi amore féro supplicium jám bis ad amicám meam. 865
Utut illud accéptumst, prius quod pérdidi, hoc addam ínsuper.

V. 854. *futatim.* V. 856. *abiit.* V. 857. om. *esse.*
V. 858. *hodie* * *ri militem* V. 859. *ecastor.*
V. 860. *Quae — haud multum apparet.*
V. 862. om. *Pater.* Et *eum ipsum*
V. 863. *Sine eum ipsum adire ad me hac recta, si venerit.*
V. 865. *Eo mihi amare! — damnis ad amicam.*

Séd quid video? heram átque ancillam ante aédis: adeundást mihi.
Quíd hic vos agitis? *Phr.* Né me appella. *St.* Nímium saevis. *Phr.* Síc sine.
Pótin es, ut ne míhi molestus sís? *St.* Quid? Astaphílitiumst?
Ast. Mérito ecastor tibi succenset. *Phr.* Égone isti? atque etiam íd parum. 870
Mále volo. *St.* At ego, méa voluptas, sí quid peccaví prius,
Súpplicium ad te hanc féro minam auri: nísi mi credis, réspice.
Phr. Mánus vetat, priusquám penes sese hábeat, quidquam crédere.
Púero opust cibum, ópus est matri autem, ópus est quae puerúm lavit,
Opus nutrici autem, útrem ut habeat véteris vini, lárgiter 875
Ut dies noctísque potet: ópust igne, opus carbónibus:
Fásciis opus ést, pulvinis, cúnis, iucunábulis:
Oleum opust, farína puero opúst, opust totúm diem.
Núnquam hoc uno die éfficiatur opús, quin opus sempér siet.
Énim non possunt mílitares púeri, ut alii, edúcier. 880
St. Réspice ergo, hoc áccipe, qui istuc éfficias opús. *Phr.* Cedo,
Cédo, quanquam parúmst. *St.* Ad omne maíus positum istúc parumst.

V. 867. *adeunda est haec mihi.* V. 869. *ut mihi molestus ne sies.*
V. 870. *egon'? atque isti etiam parum male volo.* St. *At.*
V. 872. *minam fero auri. Si mihi rides, espice.*
V. 874. Omittit Gron. verba: *opus est* ante illa: *quae pueru, lavit*
V. 875. Gron. distinguit post: *largiter.*
V. 876. *opus est carbonibus*
V. 880. *Non enim.* Et *pueri setanio educier.*
V. 882. *Quanquam parum est.* St. *Addam minam adhuc istic, postea.* Phr. *Parum est.* Omisso *cedo* in versus initio.

Tuo árbitratu, quód iubebis, dábitur: da nunc suávium.
Phr. Mítte me, inquam, odiósus. *St.* Nihil fit: nón amor. teritúr dies.
Plús decem jam póndo amoris paúxilisper pérdidi. 885
Phr. Accipe hoc, atque aúferto intro. *Str.* Ubí mea amicast géntium?
Néque ruri, neque hic óperis quidquam fácto: corrumpór situ;
Ita miser cubándo in lecto hic éxspectando obdúrui.
Séd eccam video. — Heús, amica! Quíd agis. *St.* Quis est illíc homo?
Phr. Quem égo mecastor mágis amo iam, quám te. *St.* Quam me? quómodo? 890
Phr. Hóc modo, ut moléstus ne sis. *St.* Jámne abis, postquam aúrum habes?
Phr. Cóndidi intro, quód dedisti. *Str.* Adés, amica, te álloquor.
Phr. At ego ad te ibam. *Str.* Ad mé, delicia? Véron? *Phr.* Hercle, sério.
Str. Quánquam ego tibi vídeor stultus, gáudere aliqui mé volo.
Nám quanquam bellá's, malo tuo's, nísi tecum aliqui gaúdeo. 895
Phr. Vín' te amplectar, súavium dem? *Str.* Quídvis facere gaúdeam.
St. Meósne ante oculos égo illam patiar álios amplectárier?
Mórtuum hercle me aío satius: ábstine hoc, muliér, manum,
Nísi mea manú vis in machaéra te et hunc émori.

V. 883. *id dabitur.* V. 885. Om. *jam.* V. 889. Om. *est.*
V. 890. Om. *jam.* V. 891. *sies — jam.*
V. 893. *delicia?* Phr. *Hercle vero serio.*
V. 895. *es bella — nisi tuo ego aliqui.*
V. 896. *Vine — et suavium dem — face, gaudeam.*
V. 898. *me duco.*
V. 899. *Nisi si te mea manubia machaera et hunc vis emori.*

Phr. Nihil φλυαρεῖν sátiust, miles, sí te amari pós-
tulas, 900
Aúro haud ferro déterrere potés, ne ametur, Strá-
tophanes.
St. Quí, malum, bella aút faceta's, quaé ames ho-
minem istimodi?
Phr. Vénit in mentem tíbi quod verbum in cávea
dixit hístrio?
Omnis homines ád suum quaestum cállent et fastídiunt.
St. Húnccine hominem te ámplexari, tam hórridum
atque squálidum? 905
Phr. Quánquam squalidus híc, quanquam horridúst,
at bellus ést mihi.
St. Cáve, faxit volnús tibi, tam cuí sunt dentes férrei.
Vúlgo ad se omnis intromittit: ábstine istac tú manum.
Phr. Cámpas dicis. *Str.* Abi, abi, consúltavi istuc
míhi, mi homo.
St. Dédin' ego aurum? *Phr.* Míhi? dedisti fílio
cibária; 910
Núnc si banc esse técum speras, ália opust aurí mina.
St. In malam rem i. *Str.* Tú: magnopere sérva tibi
viáticum.
Quíd isti debes? *St.* Tría. *Str.* Quae tria nam?
St. Unguénta, noctem, suávium.
Phr. Pár pari respóndet. verum núnc saltem, si
amás, mihi
Dá tu de tuís deliciis súmmis quid pauxillulum. 915

V. 901. *ne amet.* V. 903. *Venitne.*
V. 906, et sqq. hoc ordine posuit Gronovius: 906. 910. — 916. 909. 907. 908. 917. (Nullum autem apud Gronov. lacunae signum ante h. v.) 918.
V. 906. *Quanquam hic horridus est, quanquam hic squallidus est, scitus bellum init.*
V. 907. *faxis — jam cui.*
V. 909. Om. Strabacis personae notationem. Idem om. *mi.*
V. 911. *tecum esse,* et praefigit huic versui Strabacis personam.
V. 912. St. *Malam rem his et magnam.* Str. *magno opere.*
V. 913. *Quid ista debet, nisi tria?* St. *Quae tria nam?* Str. *unguenta* etc.

St. Quíd id est, ai, amábo, quod dem? díc dum, si superét, feres.

* *

Str. Jam hercle jam magno tu vapula vir strenuus.
St. Dédi ego huic aurum. *Str.* At égo dedi argentum.
St. At ego pallam et púrpuram.
Str. At ego ovis et lánam: et alia múlta quae poscét, dabo.
Mélius te minís certare mécum quam mináciis. 920
Phr. Lépidus ecastór mortalis, mi Strabax, perge, óbsecro. —
Stúltus atque insánus damnis cértant: nos salvaé sumus.
St. Da áge prior, tiro, áliquid. *Str.* Immo tú prior perde ét peri.
St Hém tibi taléntum argenti. Phíllippicumst: tené tibi.
Phr. Tánto melior: nóster esto; séd de vostro vívito. 925
St. Ubi est quod tu das? Sólve zonas, próvocator. quíd times?
Str. Tú peregrinus: ego híc habito: timeó meos: non nego: clánculo
Pécua ad hanc collo ín crumena ego óbligata défero,
St. Quód dedi, ut discínxit hominem. *Str.* Ego ímmo vero quód dedi.
Phr. I íntro, amabo, et tu hác *St.* Eris ergo tú mecum? *Phr.* Tecúm quidem. 930
Str. Quíd tu, quid ais? cum hóccine tun' eris? *St.* Ego posteriór dedi.
Phr. Tú dedisti, hic jám daturust: ístuc habeo, hoc éxpeto,
Vérum utrique mós geratur ámborum ex senténtia.

V. 916. Om. *est.* V. 918. Om. alterum *dedi.*
V. 921. *Strabax mi.* V. 923. *Da* pónit post *tiro* Grenovius.
V. 927. Om. *ego.* Et: *non ego ambulo.*
V. 929. *Quid dedi? ut distrinxi hominem!* Str. *Imo ego vero qui dedi.*
V. 930. Phr. *I nunc intro, amabo, et tu ergo hac mecum.* St. *tu eris mecum quidem.*
V. 931. Om. *tun' eris.*

Aéquum, mea uti ré hene gesta vóstram rursus
béne geram.
Vérum amabo, si ánimatu's quid fácere, jam fac,
út sciam. 935
Str. Fiat, ut rem gnátam video, hoc áccipiendumst,
quód datur.
Meúm quidem te léctulum certe óccupare nón sinam.
Phr. Lépide ecastor aúcupavi atque éx mea senténtia. —
Véneris causa applaúdite, eius haec ín tutela fábúlast,
Spéctatores, béne valete, plaúdite atque exsúrgite. 940

V. 934. et sqq. ita ordinavit Gronovius: V. 936. — 938. 934. 935. 939. 940.
V. 934. *Meamque ut rem bene gestam, vostram* etc. omisso: *aequum.*
V. 935. *Si quid animatus — fac jam ut.*
V. 937. *lectum.* V. 938. *mecastor.*

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

TRUCULENTUM.

RECENSUS
LIBRORUM SCRIPTORUM.

I. Codd. *Palatini s. Camerarii. prior (A.)* Gruteri, quem secundum Pareum vulgo *veterem Codicem*, et *Alter (B.)* Gruteri, quem secundum eundem vulgo *Decurtatum* appellant. Hic idem est Cod. *Palatinus* Bothii. Hos codices post Camerarium excusserunt Gruterus, Pareus, Scioppius, Taubmannus, et alterum eorum Bothe.

II. *Vaticani* tres } J. Lipsii.
III. *Roverianus* }

IV. Cod. *Lipsiensis G. Hermanni*, citatus ad Trucul. 1, 2, 85.

V. Cod. *Leidensis B. Bosschae*, qui continet inter alia Truculentum inde ab initio usque ad Act. I. Sc. 3. *nondum advenisse miror.* V. Bossch. praef. ad Capt. p. XV. Hic est unus e sex codd. mss. *J. Fr. Gronovii.*

VI. Cod. *Sambuci.* V. ad Truc. 4, 2, 44. et 5, 8.

VII. Cod. *Scaligeri.* V. ad 2, 7, 17.

VIII. Codd. *Schobingeri*, excussi a Melch. Goldasto V. ad Truc. 5, 6, 12.

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

TRUCULENTUM.

ARGUMENTUM.

V. 3. *Utque*] Vulgo: *utique*. Alterum recte edd. vett. et mss, teste Pareo. V. ad Trinum. v. 1065.

V. 4. *supposivit*] Vulg. *supposuit*. Itidemque edd. vett. et mss.

V. 6. *parsimoniam*] i. e. bona ipsa comparsa et parsimonia quaesita. Acidalius: Ipse interpretatur poeta infra 2, 2, 54:

Suam non enim ille meretriculis
Muniendis rem coegit, verum parsimonia
Duritiaque, quae nunc ad vos iam exportatur, pessumae.

Ad eundem modum Apuleius alicubi *Frugalitatem* usurpat pro frugibus et habentia tota: cum quo nunc nescio libro ait: *omni frugalitate consumta*.

V. 7. *mollitur*] Vulg. *Molitur*. Alterum iam legitur in ed. Aldina.

V. 9. *Tamen*] Mss. Neque est, cur ab eorum fide discedamus.

V. 10. *vitiatam ut ducat*] Vulg. *utque natam ducat*. Alii, velut Bothe: *utque illam ducat*. Mss. *Utque vitam ducat*. Cod. Palat. Both. *utque litam ducat*. Quam discrepantiam lectionum puto explicari posse ex illa, quam ego dedi.

V. 2. *de vostris — moenibus*] Citat h. l. Priscian. d. metr. com. p. 1322. *Putsch. Igitur in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo:*

Perparvam partem postulat Plautus loci
De vestris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat.

et Apulei. Florid. t. 2, p. 141. ed. *Bip. Quapropter ut poetae solent, hic ibidem varias civitates substituere: ut ille tragicus, qui in theatro dici facit:*

Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis:

item ille comicus, qui

Quam parvam partem postulat Plautus loci
De vestris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat.

non secus et mihi liceat etc. Ms. Palat. A. *de ueris*, cum lineola super literam *u* ducta. Ms. Pal. B. *deumeris*, teste Taubmanno vel Grutero, qui recte adnotavit, illo modo in Mssis. exprimi vocem i: *vestris*. At teste Pareo Cod. Decurt. habet: *deumeris*, at vet. Cod. *deum eris*. Uterque conciliari possunt. Est enim *deu eris* legendum vel *deum eris*, vel *de uestris*, prout lineola superducta pertinet ad unam literam *u*, vel ad literas *uris*. Litera enim *e* minus recte a librario addita. Vaticani ap. Lips. ant. lectt. 5, 3. *de mueris magnis atque*. Unde effinxit Lipsius: *de moeris magnis*, i. e. de muris magnis, minus recte accepto illo compendio syllabarum.

V. 3. *sine architectis*] Mss. Camerar. *sine arcuspletis*. Mss. Apuleii l. l. *quo se architecti conferant*. Alii Mss. ibidem: *quos in architectis*, ut refert Pareus in anall. ad h. l. Merula et edd. vett. teste Bothio: *sine arcus peltis*. Vaticani Lips. ant. lectt. 1, 15. *sine arcuspletis*, ut Palatini. Tertius Vatic. *sine arcuspetis*, addita tamen litera *l* a manu se-

cunda. Both. edidit: *sine arcis pletis*. Ed. Ald. *ar-eus peltis*. Camerar. *sine architectis*.

V. 7. *En mehercle*] Mss. teste Bothio: *Eum hercle;* hinc fecit: *Enim hercle*. Ed. Ald. non habet *en*. Vulgatam primus, opinor, dedit Camerar.

V. 10. *Athenis tracto* — 11. *Comoediam*] Gronov. in hoc loco edendo secutus est Camerarium. Mss. et edd. vett. teste Taubmanno ad unum omnes habent: *Athenis tracto*, *ita* etc. Nihil vitiosi inest in h. l. emendata interpunctione, qualem adhibui cum Bothio. Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 708.

V. 15. *relicüum* — *relicüum*] Mss. et edd. vett. teste Taubm. *sed reliquam da operam*. Unde Gronovius edidit: *sed reliquam dat operam* — *reliquum*. Sensus est eorum verborum, quae ego exprimenda curavi: sed operam dat, ut quod reliquum est ne reliquum sit. V. Schneider. gr. lat. 1, 1. p. 332.

V. 19. *auferat*] Bothe edidit: *aufert*. De locutione: *auferre cum pulvisculo* adi Turneb. adv. 10, 25.

V. 20. *Quid multa?* — *mulieri*] Edd. Camerar. priores: *Quid multa? superem mulierem*. Vet. Cod. Palat. teste Taubm. *Quid multa... Stuic superet muliere*. Cod. Ms. B. *Quid multa superet mulierem*. Pal. Cod. Both. *Quid multa superet mulierem hiscum anima ad eum habenti erteteritur*. Edit. Both. *Quid multa? vita sid huic superet mulieri*. Ed. Camerar. anni 1558 eadem habet, quae ed. Gronovii.

V. 21. *Is cum anima* — *everrerit*] V. Palmer. spicil. p. 700, qui citat: *His cum anima ad eum habenti erseteritur:* eademque est fere lectio libri Msi. Legit Palmerius:

Is cum anima ad eam habentiam ἐξω everrerit.

Ms. Cam. A., quem expressit Camerar. in ed. sua: *erce teritur*. Ms. B. *erte teritur*. Ambo Mssi: *His cum anima ad eum habenti*. Ed. Ald. *His, quom anima ad eum habenti evorterit*. Both. ita edidit:

Hisce anima etiam ad suam habentiam exterebrabitur.

Sequor Joseph. Scaligerum. Hic prologus non est integer. V. Osann. anall. p. 180.

FABULA.

ACTUS I. SCENA I.

V. 22. *Non omnis — sat est*] Citant h. l. Priscian. d. metr. comic. p. 1322. *Putsch.* et Varr. de l. l. p. 32, 33. *Gothofr.*

V. 24. *Neque eam rationem — Venus*] V. Barth. adv. 32, 11., qui recte monet, *edocet* h. l. esse positum pro: exhaurit docendo. *Eapse* Mss. Pall. teste Pareo.

V. 25. *Summa summarum*] Turneb. adv. 10, 25. 29, 34. *Amantum* Mss. Pall. teste Pareo.

V. 27. *exoretur*] Barth. l. l. conjecit: *exroretur.*

V. 28. *quot illic — iracundiae*] Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 614. usque ad verba: *Pisces usque adeo donicum* etc.

V. 29. *Quot sunt pericla! Amando, Di vostram fidem hui*] Mss. Camer. *sunt, quod sui perclamanda.* Neque secus edd. vett. Edit. Camer. *sunt? quotque pericla vianda.* Gruter. conjecit: *quot sui pericla amanda,* idque transiit in ed. Gronov. Meurs. conjecit: *quot pericla manda*, i. e., ut ait ipse, *meanda.* Fuit etiam, qui conjiceret: *quot supercilia amanda. Vianda* etiam tuetur Duker. de latin. juriscons. p. 360. *Lips.* Both. edidit: *Quid ibi* (male apud ipsum legitur: *ubi* adversus ipsius sententiam) *perclamandum: Di vostram fidem hui!* Di vostram fidem, quam frigide! Nihil mutavi nisi interpunctionem et unam literam, servata ceterum lectione Mssorum. Junge: *Amando (aus Liebe) quid etiam perjerandum est praeter munera,* testes vos adhibeo Deos. Conf. Mercat. 2, 2, 41., quem versum ita lego:

Lysimache, sum auctor, ut me amando hic enices.

V. 30. *perjerandumst*] v. Schneider. gr. lat. 1, 2. p. 574. Alter Vatic. Lips. ant. lect. 5, 3. *perie-*

tandum. Neque abeunt Mssi. Camerar., et comprobavit Lipsius.

V. 31. *Merces annua*] Sic dedi ad emendationem Gronovii. Conf. Barth. adv. l. l. et Palmer. l. l. p. 613. Ms. Camerar. A. *Miros annua*. Ms. B. *miror annuus primus ebolust*. Edd. vett. *primum dum moerst animus*.

V. 32. *utor*] supple: *eā*, i. e. muliere. Mss. Camer. *dutor* vel *tutor*. Vett. edd. item *tutor*. Both. edidit: *dantur*.

V. 33. *aera aut*] Ms. Cam. A. *ara ut*. Ms. B. *ara aut*. — *Olivum* dedit pro vulgato *oleum* Bothe, omisso: *meret*.

V. 35. *parat*] Verbum valde huic loco incommodum. Palmer. l. l. conjecit: *datat* p. 619. Ed. Basil., quam ille memorat, unde unde habeat, certe optimum huic loco subsidium suggerit. In ea sic legitur:

Aut aera aut vinum, aut oleum aut triticum meret,
Tentat, benignusne an bonae frugis sies.

Idque verum esse puto, et recepi. Nam non potest haec junctura verborum esse, qua vulgo legitur: *aut aera — aut triticum tentat, an benignus, bonaene frugis sies*, pro illo quod dicendum erat: *aut aera — aut triticum poscendo, tentat an* etc. *Merere* autem est: accipere in mercedem, ut in Bacch. 5, 2, 65.

Alterum tantum auri non meream.

Stich. 1, 1, 22.

Neque ille sibi mereat Persarum
Montis, qui aurei esse perhibentur,
Ut istuc faciat, quod tu metuis.

V. Pareus in lex. crit. s. v. — Ceterum hoc versu Mss. Camer. praebent: *rete qui jaculum parat*. V. Turneb. adv. 18, 26.

V. 36. *Sinum*] Vet. Cod. Camer. *Sinfa*. Ms. Palat. B. *infra*. Itidem Edd. vett. Both. omisit *tum*

auctoritate, ut ait, veterum. Palmer. l. l. posui *atque*, i. e. continuo, pro: *tum*.

V. 37. *Si irretit rete*] conf. Palmer. spicil. p. 620., qui legit: *Si inegit rete pisces*. Turneb. adv. 10, 25. 21, 20. *sin iecit rete pisces*. Pontan. ad Macrob. 2, 14. *sin icit rete pisces*, collato fragmento Vidulariae:

Ibi ut pisciabar: fuscina ici vidulum.

(Extat ap. Nonium in voce: *Icit*) Quod exemplum quam parum huc pertineat, nemo non sentit. Et sane Mss. Camer. *sin jecit rete*. At alter eorum, testè Bothio: *sin ietit rete*, unde illi elegans conjectura subnata est, quam recepi.

V. 38. *Dum hinc — irretitos impedit*] v. Palmer. spicil. p. 614. 621. Ms. Palat. A *dum huc dum illuc reteor impedit*. Ms. B. *dum huc*, *dum illuc rete or imp*. Jos. Scaliger. emendavit: *tum huc*, *tum illuc irretitos impedit*. Ad versum fulciendum duae syllabae: *illuc* addendae erant. Intellige: rete.

V. 39: *donicum*] Mss. Palat. *dolium*. Neque aliter Vett. edd. Usus est h. v. Bentl. ad Ter. Hecyr. 4, 1, 7.

V. 40. *si id quod*] Edd. Vett. et Mss. Palat. A. *set id*. Ms. B. *sed id*, ut enotavit Taubm. vel Gruter. Idque etiam Pareus voluisse videtur, quamquam in eius analectt. *sed* ex utroque Cod. enotatum legitur.

V. 41. *benignus*] prodigus. V. Horat. 1. satyr. 2, 4. Lambin. ad Hor. 1. od. 17, 15. et supra v. 34.

V. 47. *perit*] Dedi h. v. ex emendatione Herm. doctr. metr. p. 132.

V. 48. *sin alteri alter potior est*] Mss. et edd. vett. *alter alteri*. Unus Ms. B. *aliter alteri*. At ambo Mss. *potius*. Vide Barth. adv. l. l. Vulgo ante Gulielm. Trucul. c. 1. legebatur: *potitus*. Bothe edidit:

Sin potius alterum altero est, itidem perit.

sed *alteri* archaismum esse pro *a ltero* ut in locutone Die crastini, septimi, adnotavit Acidal. Hic tamen emendat: *sin alter autem potior est*. Absolute enim,

ait, ponitur *potior* in re amorum pro potissimo amatore. V. Casin. 1, 1, 24.

hercle me suspendio,
Quam tu eius potior fias, satiust mortuum.

Ubi item *potitor* in edd. est. At optimi libri Camerar. *potior*. V. Gulielm. Menaechm. c. 2. Add. Horat. Epod. 15, 13.

V. 50. *sin increbravit*] Ms. Camerar. A. *sin crebravit*. Ms. B. *sin increpravit*. Ed. Ald. *si increbuit*.

V. 51. *aedibus lenoniis*] Camerar. e conjectura:

Ita disciplina in aedibus est lenoniis.

Probabiliter. Sed in Ms. lacuna erat. Ms. Pal. A. *iteca in aedibus lenosis*. Ms. B. *ita et in aedibus lenosis*. Edd. vett. *ita et in aedibus lenoniis*. Bothe conjecit: *quasi incitega es in aedibus lenoniis*. Incitega appellatur amator, quia crebro, ait, ad eam crateremque curritur vini hauriendi causa: itidemque ad amatorem rei exhauriendae causa.

V. 55. *dapsilis*] Libri Vatic. Lips. aut. lectt. 1, 15. *laptilis*. Tertius Vatic. *leptilis*. Ipse *laptilis* dictum putat pro *dapsilis*. Hoc autem habent edd. vett. — Ms. Pal. A. *electus laptilis*. Ms. B. *lectus laptiles*. Ibidem *ahenum* Mss.

V. 56. *armariola*] v. Barth. adv. l. l.

V. 57. *pereat*] Mss. Palatt. *petra*. Both. edidit: *Quod petat ea, debeatque* etc.

V. 58. *atque — una industria* V. 59. — *perdimus*.] Interpunctionem emendavit Acidal., cum ante eum ita legeretur:

Atque haec celamus nos damna una industria,
Cum rem fidemque nosque nosmet perdimus,
Ne quid parentes neu cognati sentiant.

Sensus est: Dum damna nostra celamus, ne parentes aut cognati sentiant, interim una eademque opera pariter rem, fidem et nosmet ipsos perdimus. Mss. Camer. pro *damna una* ferebant A. *clam mina*, B. *dammina*. Pontanus 3. Analectt. c. ult. ita legit:

Atque haec celamus nos damna, una industria,
Ne quid parentes neu cognati sentiant,
Cum rem fidemque hosque nosmet perdimus:

V. 61. *Quos ut celamus, si faximus*] *Ut* mihi necessarium visum est poni pro *cum*, hoc sensu: Si eadem industria conscios faceremus nostros, qua celamus, minus foret hominum damno affectorum. Ceterum *faximus* non est in Mss., sed *facimus*.

V. 62. *temperint*] pro *temperent*. Illud ex libris vett. edidit Lips. ant. lectt. 5, 3. Utrumque et *temperint* et *tempestivo* est in Mss. v. Sciopp. susp. lectt p. 265., qui et hoc conjunctivi exemplum affert, et similia. Velut Capt. 2, 2, 92.

Hinc, ubi erunt induciae, illuc tuum qui conveniat patrem,

ubi et Ms. Camer. et Leid. B. et Voss. B. apud Bosscham ferunt: *convenit*. Cistell. 1, 1, 14.

Quae vos arbitrabor velle, ea ut expetam.

Ubi codd. Langii habent: *expetim*. Quibus adde infra 1, 2, 25.

Valeo et validum teneo: cum peregre advenis, coena detur.

Ubi facilius etiam tolerari possit haec forma, cum pro *adveneris* posita sit, quam in exemplo, ex Captivis adscripto.

V. 63. *Unde — postpartoribus*] v. Barth. adv. l. l. Pistoris adnotavit, veterem codicem habere: *ut ne ante parta demus postpartoribus*. Mss. teste Pareo: *anteparata*.

V. 64. *Faxim — ut plus est*] verba *ut plus est* eiicit Acidal., legens *scortorum multo minus*. Sed illa verba fere habent mss. et edd. vett. et ed. Camerar. Palat. Bothii et vett. *faxim lenonum et scortorum plus est et minus*. Both. edidit: *Faxim scortorum pausa sit, et minus etc.*

V. 65. *Damnosorum*] damna accipientium. V. Meurs. exercit. crit. P. I. p. 245. sq. et Pareus lex. crit. s. v.

V. 66. *est fere*] Both. omisit: *est.*

V. 69. *Scortis lenones*] Palmer. spicil. p. 664. Barth. adv. l. l. *Scorti lenones* non solum ed. Gron. habet, sed etiam Mss. Camerar. Junge, si *scorta et lenones* legas, *circumsedent* (i. e. obsident quasi) *argentarias.* Osann. anall. p. 188. hoc tentamen fecit:

Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
Scortis lenones quasi scatent quotidie.

Vocem *scatuit* dicit praebere Cratandriam editionem. Similiter Cic. ep. ad famil. 8, 4, 4. *totus, ut nunc est, hoc scaturit.* Ego Bothium secutus: *scorta et lenones* et *sedent* praetuleram. Sed aliud quid latere suspicor sub lectione Mssorum. Idque proditur illo: *quasi,* quod non adiecisset poeta nisi verbum minus solenne usurpasset. Atque hoc nomine commendabilis est Osanni conjectura. Allegorico item sensu, sed aliquantum differente vocem usurpavit Pers. 2, 1, 9. Conf. Paul. Manut. ad Cic. l. l. Seusu proprio dictum in Aul. 3, 6, 21.

Quae mihi interbibere sola, si vino scatet,
Corinthiensem fontem Pirenem potest.

Quid multa? inclinat jam animus in lectionem Cratandriae: *scatuit* recipiendam, quae una litera mutata veram manum poetae exhibet. Lege *scatunt.* Ea est enim forma vetustior, pro *scatent.*

V. 70. *Ea nimiast natio*] sic dedi ex conjectura, pro *ratio* etc. Tentavit h. l. Barth. adv. 32, 11.

V. 71. *Triplo plus scortorum esse*] Libri Vaticani Lipsii et Mss. Cam. *Eriplus scortorum.* V. Barth. adv. l. l. Lips. ant. lectt. 5, 3. legit: *Aeri plus,* vel *triplum scortorum.* Ceterum ambo Mss. Pall. praeterea *eam* praebent pro *jam.*

V. 72. *Quos quam — in argentariis*] v. Salmas. d. foen. trapezit. p. 582.

V. 73. *habere*] Bothe: *haberi.*

V. 75. *Accepta dico — censeat*] v. Turneb. Adv. 10, 25. Emendationem recepi Acidalii, qui h.

l. ita explicat: Ait Dinarchus, nescire se, quid in argentariis scorta haberi referat, et in quem usum esse possint, nisi si forte pro tabulis usurpentur, in quibus rationes et usuraria aera perscribantur. Sed aera quidem accepta se dicere, ne quis putet de expensis loqui; dicto hoc magisne argentarios, an scorta perstringens? — utrosque videtur. Nam et alibi trapezitae insimulantur accipere lubentius, quam expendere, et suum strenue reposcere, alienum nemini reddere. Magis tamen, pergit, in meretrices hic hoc dictum putem, quae accipiunt semper, neque unquam capiunt satis. Semel autem acceptum nunquam dimittunt postea: quod hac fabula etiam inferius 4, 2, 36. ab Astaphio de ipsis praedicatur:

Namque hic itidem ut Acherunti ratio accepti scribitur:
Intro accipimus: quando acceptumst, non potest ferri foras.

Accepti igitur ratio apud scorta perpetuo scribitur, nulla expensi. Quod ioco sic innuit Dinarchus, cum aera in illis quasi tabulis perscribi posse ait, sed accepta non expensa.

V. 76. *Postremo in magno — hominibns*] Edd. vett. *postremo id magno in pop.* Unde Both edidit: *Postremo magno in pop.*

V. 79. *Nam mihi isthaec*] Ita scripsi, secutus Bothium.

V. 80. *omne*] Ms. Palat. A. *omnis.* Ms. B. *omnes.* Ed. Camer. *omne.* Edd. vett. *omnem.*

V. 81. *Phronesium — sapientia*] v. Barth. adv. 32, 11. Versum spurium esse jam olim Canter. N. L. 7, 10. judicavit. Eum tamen omnes et scripti et edd. servant.

V. 83. *amantis*] Ita Mss. Palatt. Frustra tentavit Palmer. spicil. p. 716.

V. 85. *Damnosiorem*] Brantius: *danosiorem.* Frustra. V. supra. ad v. 65.

V. 86. *infestum ac odium sibi esse*] Emendaverat Acidal.: *quem senium ac odium sibi.* Et sane

haec junctio verborum haud rara est; vel *senium* solum pro altero legitur. Velut in fragmento Accii poetae tragici:

Mors amici subigit, quod mihi est senium multo acerrimum.

et in fragmento Turpilii legitur:

Quia enim odio ac senio mihi hae sunt nuptiae,

Adde Stich. 1, 1, 18.

Hae mihi dividiae et senio sunt.

Trucul. 2, 5, 13.

Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miserae miseriast.

Vett. tamen edd. *infestum* tenent, neque abeunt longe Mss., qui habent teste Bothio: *qui manifesta ac odiosum sibi esse memorabat mihi.* Ceterum secutus Acidalium plene post *loco* distinxi.

V. 91. *simulat*] Ita dedi cum Acidalio. Vulgo *simulant.* Nam altero flexu sunt reliqua omnia.

V. 92. *Eum isti opus — pessumae*] Acidal. conjecit:

Quid isti suppositum puerum opus autem? — Pessuma etc.

Cum autem pro *opus* libri quidam, velut ed. Rob. Stephani habeant: *optant;* legit:

Eum esse simulant militem puero patrem,
Quem isti suppositum puerum adoptant pessumae.

Ed. Ald. *Eum isti suppositum puerum opus, pessuma Mihi etc.* Ed. Camer. *Cum isti suppositum puerum opus pessimae.* Ceterum in utraque editione ordo versuum est hic:

Peperisse simulat sese, ut me extrudat foras,
Eum esse simulant militem puero patrem.
Atque ut cum solo pergraecetur milite,
Cum isti suppositum puerum opus pessimae.

Ceterum *opus* cum accusativo constructum Nostro est perfamiliare. V. Nonius p. 756, 14. *Gothofr.*

V. 97. *Astaphium est*] Ita addito verbo *est* Gronov.

ACTUS I. SCENA II.

V. 99. *Ad foris auscultato, adque serva has aedis, ne qui adventor*] *Auscultato*, vett. edd. *Auscultate* ambo Mss. Pallat. *Asserva has aedes*, vett. edd. *Adservas*, vel *Atque servas* Mss. Palatini, teste Grutero. Pareus ita enotavit: Vet. cod. *adque servas aedes*. Decurtat. *Adque adservas aedes*. Rursus differt Bothii enotatio: Vet. Cod. *adservas aedes*. Decurt. *servas aedes*. Gronovius: *ne quis*. Antiqui dicebant: *ne* et *si qui*, ubi recentiores: *ne* et *si quis*. V. Heindorf ad Horat. 1. satyr. 4, 41.

V. 100. *neu manus qui attulerit intro*] Citat h. l. Priscian. p. 1326. *Putsch. similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii:*

Ad fores auscultate, atque asservate aedes,
Ne quis adventor gravior abeat atque adveniat,
Neu qui manus attulerit steriles intro ad nos,
Gravidas foras exportet, novi ego hominum mores.

Ceterum *abeat* habet Ms. Decurt. et corrupte etiam Vet. Cod. Cam. teste Pareo. Edd. quaedam: *habeat*. Teste Bothio Vet. Cod. Camerar. *gravior abaetat qua adveniat*. Sub quibus latet lectio Prisciani.

V. 102. *quin eo*] ita dedi e conjectura, pro eo, quod vulgo legitur: *quin ei*. Bothe edidit: *quippe ut simitu*. Ed. Aldi: *quin ei ut reapse neque veniunt ad scorta congerrones*. Aliae edd. vett. teste Bothio: *quin ei aut senex adv. cong.* Verba quae vulgo leguntur: *ad scorta* eiicienda esse, metrum clausulae docet.

V. 103. *Congerones*] Mss. et vett. edd. et Fulgentius. Alii cum Nonio literam *r* duplicant.

V. 104. *Consulta sunt consilia*] Vett. edd., quas Gruterus evolvit, et Mss. Cam. *consilio*. Ed. Aldi: *Consultassunt consilio — intro adveniunt — aliquis oculum — usque oggerit, dum illi agant. Quom vident* etc. Camerarius edidit: *Consulta sunt*

consilia, quando intro advenerunt, Unus eorum aliquis osculum amicae usque aggerit, Dum illi agant. ceteri cleptae. Sin videant* etc.

V. 105. *osculum*] Mss. et vett. edd. *oculum*. Iidem libri *oggerit*. Edd. quaedam: *aggerit*.

V. 106. *Dum agant, sunt ceteri cleptae*] *ceteri* disyllabum est. Tentavit h. l. Gulielm. Verisim. p. 280 legens *tagant* pro: *agant*, qua conjectura nihil lucri facimus in tam difficili et corrupto loco. Ms. A. Camerar. *dum illi agant SSt. ceteri cleptae.* „Tria posteriora verba majoribus literis minio scripta erant in spatio lineae, ut essent nomina interlocutorum, [non intelligo] et ea de caussa etiam linea tota vacat in Ms. B., cuius verba in ultima linea sunt, *dum illi agant*. Neque aliter edd. vett. sed absque lacuna. Nec quidquam videtur deesse, nedum quod alii addunt, *lurcantur vel harpagant.*" Taubmannus. Quocum consentit enotatio a Bothio facta. Nihil sane post *cleptae* deest, quamquam hic locus a Gron. asterisco notatus est. *Quod agunt* addidit Lamb.

V. 107. *obludunt, qui custodem*] Ita h. l. emendavit Gruter. ad ductum Mssorum. et edd. vett. — Camerar. edidit: *obludunt, dum custodem*.

V. 109. *fartores*] Ms. A. Camerar. *fectorum*, teste Grutero Pareus enotavit: Ms. Decurt. *fartores*; nec multum, ait, abludit vet. Cod., qui habet *fectores*.

V. 112. *Ubi usust — praedam*] Camerarii et Gronovii editiones consentiunt. Secutus sum vestigia editionis Ald. *Ubi usus pugnae et virtuti de praedonibus praedam capere.* Ubi *pugna* idem valet ac: dolus, astutia. V. Pseudol. 1, 5, 111.

Dabo aliam pugnam claram et commemorabilem.
Si. Quam pugnam? *Ps.* hem ab hoc lenone vicino tuo
Per sycophantiam atque per doctos dolos
Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit.
Ea circumducam lepide lenonem.

Capt. 3, 4, 53. *Profecto jam aliquid pugnae edidit.* V. Pareus lex. crit. s. v. Transposui versus 111. et

112. quia sic commodius legitur in protasi sententia particula *at* incipiens, quam in apodosi. *Praedonibus* elisa *s.* V. v. 155. 166. 185.

V. 113. *Nam ipsi vident — quin etiam*] Vett. edd. et Cod. Palat. Both. *Nam ipsi vident, cum eorum aggerimus bona loqui. Etiam* etc. Hinc Bothe edidit: *Nam ipsi vident, quo bona eorum adgerimus Loci; etiam ultro adgerunt ipsi ad nos.* Ed. Ald. *Nam ipsi vident, quom eorum adgerimus bona. alioqui Etiam ultro ipsi aggerunt ad nos.* Gronovius Camerarii editionem expressit. Ad vestigia Msi. Palatini nunc legerim:

Nam ipsi vident, quo eorum adgerimus bona loci:
quin etiam
Ipsi adgerunt ultro ad nos.

Dura hinc efficitur in medio verbo caesura. Fateor. Sed conf. vss. 118. 119. 124. 125. 136. 149. 155. (in quo tamen versu admodum dubia lectio est) 157. 171. 177. 197. et Herm. doctr. metr. p. 152. sqq.

V. 115. *nam ego huc dona adcongessi*] Ms. Camerar. A. *done adecessi.* Ms. B. *dona concessi.* Edd. vett. *huc* pro vulgato *huic.*

V. 116. *Commemini. Jam pol eumpse ego*] Gronovius et Camer. consentiunt. Neuter post *Commemini* interpungit, sed post *ipsum.* Porro *eumpse* scribendum est pro Gronoviano *eum ipsum*, vel propter vers. 128.

Quia te adducituram huc dixeras eumpse, non eampse.

Propter eundem versum damnanda est lectio editionis Aldi: *Commemini. jam pol ego visam. si domi erit* etc.

V. 119. Din. *Faxo erunt*] Deerat personae nota, quam restituit Gulielm. Trucul. c. 1. Mss. et vett. edd. *Di faxo erunt.*

V. 120. *I, optume, es odiosus. — En Dinarchus* — 121. *Illic est?*] *I, optume* Gruterus restituit e vestigiis Mssorum. Ambo enim Camerarii Mss. re-

ferunt: *pessimam anel optume.* Ms. A. *optune;* ceterum cum altero consentit. — *En Dinarchus* pro *Dinarchusne* versus scribi postulat. Ita *En unquam* pro *unquamne* legitur Cist. 1, 1, 88. Menaechm. 5, 5, 26. Trin. 2, 4, 189 Adde Ter. Phorm. 2, 2, 15. 2, 3, 1. Ibidem 5, 9, 20. *en quicquam.* (Bentl. tamen posuit: *an quicquam.*) Virg. 1. Eclog. 68. quod a Pareo affertur, error est; nam ibi *en unquam* est sine interrogatione. Rectius citatur Ovid. 3. Amor. El. 8, init. Ibi enim legerim:

En quisquam ingenuas etiamnum suscipit artes;
Aut tenerum dotes carmen habere putat?

N. Heinsius posuit: *Et quisquam*, minus apte ad initium Elegiae faciendum. Eadem ratio est ibid. El. 3, 33.

En quisquam pia thura focis imponere curat?

Ubi N. Heinsius dedit: *Et — curet.* Adde Remed. Amor. v. 523. ubi item scribendum:

En quisquam praecepta potest mea dura vocare?

Neque hi soli loci sunt, ubi haec particula obscurata est. Citat h. v. Priscian. p. 1323. *Putsch.* sic: *Pessuma mane — Optume, odio es.*

V. 121. *Atque is est*] Mss. Pal. A. *atque isertas aduas lissi ituli fert.* Ms. B. *atque is estis aduas lissi it tul fert*, teste Grutero. Palatinus Bothii: *is aduas lissi ituli fert contra manum et pariter gradere.* Differt igitur aliquantulum enotatio Gruteri et Bothii. — Ed. Aldi: *Atque is est, adi nos si iturus, fer contra manum* etc. Gronovius Camerarium; ego meam conjecturam secutus. *Atque is est*, solennis agnoscentis tandem hominem sibi notum formula. Stich. 4, 2, 4.

Sed videone ego Pamphilippum cum fratre Epignomo?
atque is est.

Nos: *Richtig, er ist's!* Poenul. 5, 2, 113.

Signum esse oportet in manu laeva tibi,
Ludenti puero quod momordit simia.
Ostende: inspiciam — *Hànn.* Atque adest.

ut ibidem legitur in Ms. Palat. Bothii. *Richtig, da ist's!* Eodem modo ponitur *Et*, velut Poenul. 5, 5, 20.

Satin' ego oculis cerno? estne illaec mea amica Anterastilis?
Et ea certo est,

Nos: *Ja, sie ist's ohne Zweifel!*

Adde Bacch. 3, 6, 5. quem locum ita eum Acidalio lego:

Pi. Estne hic meus sodalis? *Mn.* Estne hic hostis, quem aspicio, meus?
Pi. Certe is est. *Mn.* Is est. *Pi.* Adibo contra. *Mn.* Contollam gradum.

Aulul. 5, 5. ubi ita lego:

Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus. *St.* Hem!
Herumne aspicio meum? *Ly.* Strobilum video ego servom meum?

Rud. 2, 3, 4.

cuia ad aures
Vox mihi advolavit? *Am.* Obsecro, quis hic loquitur? quem video?
Tr. Estne Ampelisca haec, quae foras a fano egreditur? *Am.* Estne hic
Trachalio, quem conspicor, calator Pleusidippi?
Tr. Ea est. *Am.* Is est. Trachalio salve. *Tr.* Salve Ampelisca.

Pers. 1, 1, 13.

Quis illic est, qui contra me astat? *To.* quis hic est, qui contra me astat?
Similis est Sagaristionis. *Sa,* Toxilus hic quidem meus amicust.
To. Is est profecto. *Sa.* Eum esse opinor, *To.* Congrediar. *Sa.* Contra aggrediar.
To, O Sagaristio, Di ament te. *Sa.* O Toxile, dabunt Di quae exoptes.

conf. denique Epid. 4, 1, 10. et Acid. ad Bacch. p. 203.

V. 122. *pariter gradere*] i. e. accede ad me, atque ego accedam ad te. Pseudol. 2, 4, 17.

confer gradum
Contra pariter. *Ps.* porrige audaciter ad salutem brachium.

Mercat. 5. 2, 41.

O Charine, contra pariter fer gradum et confer pedem! Porrige brachium! prehende! Jam tenes? *Ch.* Teneo. *Eu.* Tene.

V. 123. *imperiis*] Pall. Mss. *inperis*. Fortasse recte legitur: *imperiis*. Neque secus latini in formula: *dicto audientem esse*.

V. 124. *coena detur*] Ms. Palat. Both. *peregre quoniam advenis centur*. Et *advenis* pro *adveneris* auctoritate libri Msi. fortasse retinendum. V. supra ad v. 62. *Validus* autem in eodem versu est: bona valetudiue utens. V. Menachm. 5, 3, 2.

V. 125. *At enim*] Palat. Both. et edd. vett. *Benigne dicis astate ambo*. Vet. Cod. Cam. *Benigne dicis astat cum amabo*. Hinc Bothe effinxit:

Din. Benigne dicis. Adsta. *Ast.* Enim, amabo, sine me quo ire jussit.

Tum animadverte, ad *jussit* sponte ex veterum usu intellegi: *hera*.

V. 126. Din. *Eas, sed*] ita erat in Mss. et in vett. edd. legitur, teste Taubm. Quam lectionem fuerunt, qui sollicitarent.

V. 127. *Archinam*] Mss. Pall. — Gruterus commentus est *Archivam*, quod recepit Gronovius. Mox Mss., teste Bothio, *soles unies disciplinam*. Ed. Aldi: *soleo, una ex disciplina*. Secutus sum vestigia manuscriptorum.

V. 128. *Quid iam, amabo?*] Conf. v. 134. Nihil frequentius ista interrogandi formula. V. Pareus in lexic. crit. s. v. *Quid jam*.

V. 129. *adduciturum*] Cod. Vatic. apud Lips. ant. lectt. 5, 3. et Mss. Cam. et edd. vett. ita habent. Vulgo: *adducturam*. Eodem vers. opus erat, ut supra, scribere *eumpse* pro *eum ipsum*.

V. 130. *Nunc mulier factast ex viro; mala's*]

Edd. vett. et Mss. Camerar. sic habent: Ast. *Nunc mulier factast ex viro.* Din. *Mala es.*

V. 131. *novusne*] Edd. vett. et Ms. Cam. B. *novus.* Ms. Pal. A. *Astaphi unous amator.* Pareus ita enotavit, in vet. Cod. esse: *unous*; in Decurt. *novus.* Ante Palmer. spicil. p. 715. legebatur: *unusne.* Is emendavit: *novusne.* Recte. Nam *novus* est monosyllabum et hic et passim. V. Bentl. ad Ter. Phorm. 5, 8, 79. Paulo ante Mss. Camer. teste Pareo: *Quis is homo.* Alii libri habent: *qui is homo.*

V. 132. *quinam*] Mss. Palatini; et Palat. quidem Bothii: *qui Nam.* At Vatic. et edd. vett. *quianam.*

V. 133. *vestimento et cibo tuo*] Similiter in Poenul. 3, 6, 15.

Nostro servire nos sibi censet cibo.

V. 134. *Vos mihi dedistis otium*] Mss. et vett. edd. frequente permutatione: *Vos mihi dedistis otiosum.*

Ego expedibo] Ita Ms. B. et Nonius p. 752, 50. *Gothofr. Expedibo, pro expediam.*, *Plaut. Truc.* Ego expedibo, rem perdidi apud vos. Teste Pareo in vet. cod Cam. erat: *ego expediuo.* In Decurtato non est *ego.*

135. *Rem perdidi*] Mss. et edd. vett. non habent verba: *apud vos*, neque verba: *cum re.* Utrumque apud Nonium. (Sed in ed. Gothofredi, qua utor, verba *cum re* non extant.) V. Gulielm. Trucul. c. 1. Me invito in textu legitur: *Res.*

V. 136. *Bona — extimus sum a vobis*] H. v. adjeci ex Prisciani 3. p. 609. *Putsch. Plautus in Truculento:*

Bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus a vobis.

Conf. Fest. p. 286, 5. *Extimum extremum significat, ut ita intimo sit contrarium.* Et nostrum incert. fragm. ap. Festum in v. *supremum* p. 188, 42. *Gothofr.*

Certe me supremum habuisti semper in rebus tuis.

Et respondet interdum nostro vocabulo: *Der Vertrauteste.* V. Pseudol. 1, 1, 15.

nam tu me antehac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.

V. 138. *rem publicam*] Ita Ms. Cam. B. At Ms. A. et edd. vett. *rem publicum*. Edd. Camerar. et aliae: *rem publicani.*

V. 139. *habere posse postulas, quin tu otiosus fias*] Acidalius: *habere te postulas.* Citat autem haec verba sic: *habere se postulas.* Mss. *habere posset postulas.* Edd. vett. *habere posse postulas.* Palat. Bothii: *habere posses postulas. Quin otiosus sis* i. e. ita, ut non otiosus sis. Sensum pervertit Bothe, ubi cum edd. vett. in Persa 4, 4, 34. scripsit *quin* pro *qui.* H. locus enim ita legendus:

nam generi lenonio
Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.

Contra *Quid* male legitur pro *Quin* apud eundem in Mostell. 1, 3, 12., ubi lege:

Quin tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tota es?

V. 140. *habui publicum*] v. Turneb. Adv. 1, 5.

V. 141. *ob meam scripturam*] praeter id quod dedi, praeter id quod mihi adscriptum est. Ita obducere alicui aliquem est: praeter eum alium etiam adducere. Ita explicat Pistoris. Recepi *cepit* pro: *accepit* ex Charisii p. 113. *Putsch.* Cod. Rover. ap. Lips. ant. lectt. 5, 3. *pecudem accepit aeraque.* Ast. *Idem qnod.* Ante Lipsium legebatur: *pecudem accepit.* Ast. *Plerique idem quod tu* etc. Aera, ait Lipsius, vocabant multam peruniariam, quam portitores aut scripturarii imponerent. Varro apud Nonium: *Aes defraudasse cauponem, cauponam luto oblevisse, tum portitores aera indixisse.* — Quicunque pecudes, quas non erat professus, vel etiam plures, quam publicano annotandas dederat, pavisset, in legem Censoriam incidebat. Varro 2. de R. R. cap 1. *Ad publicanum profitentur, ne si inscriptum*

pecus paverint, lege Censoria committant. Hae pecudes, profiteri omissae, *inscriptae* a Varrone dicuntur. Omissae vero professionis poena videtur fuisse, ut inscriptae pecudes caderent in commissum, et Publicanus eas sibi pro fraudato vectigali vindicaret. Hoc loco Plauti non ideo contra legem commisisse publicanus dicitur, quod pecudem pro commisso caperet, sed quod et pecus retineret, et simul aes sive pecuniam pro scriptura debitam exigeret: accipiendo enim pecuniam poterat videri de poena transegisse et eam remisisse. Ita explicat Burmann. d. vectigal. p. R. p. 60. sqq., eaque explicatio verior videtur, quam Lipsii. Edd. vett. et Mss. Camerar. habent *fierique* pro: *aeraque.*

V. 142. *rei male gerentes*] Male *rei* mutant in *res.* Conf. infr. 2, 1, 13.

V. 145. *aratiunculam*] v. Turneb. Adv. 1, 6. Ibidem *hic* non legitur in quibusdam edd. vett.

V. 147. *Habituris*] Lips. ant. lectt. l. l. citat: *ambituris.* Idem e libris suis legit: *qui arari solent, ad pueros ire.* Vulgo. *qui arari solent, ad eos vero ire.* Edd. vett et Mss. *habituris.* Idque metrum etiam postulat. Aliae editiones: *rationes habiturus.* Lectionem Vaticanorum: *ad pueros ire* firmant Mss. Cam. teste Pareo. Conf. Meurs. exercitt. crit. P. I. p. 246. Lips. epist. quaest. 17, 17. h. l. confert cum Aristophanis loco, qui nescio ubi legitur. Videtur autem eo versu Hesiodi illud: *Nudus ara, sere nudus* risisse. Ceterum in exitu versus est in Cod. Pal. Both. *melius est.*

V. 148. *Hunc*] Acidalius sine idonea causa: *Hic.* Idem *alibi*, quod recipiendum duxi, quandoquidem sequitur mox: *utrobidem*, et postea *et illic et hic.* V. Acidal. divinat. Plaut. p. 534.

V. 149. *utrobidem*] Mss. Camer. *cognovit trobeidem.* Edd. vett. *cognovi probe.* Camerar. primus edidit: *utrobidem.*

V. 151. *procaciores*] v. Herm. Doctr. metr. p. 156.

V. 153. *et ebibitis et comestis*] Mss. Camer. *et bibitis.*

V. 155. *Malaeque — Dinarche*] Edd. vett. *Malaeque in nos illis ea omnia tibi dicis, Dinarche.* Sarraceni ed. *illi,* non *illis.*

V. 157. *Quia qui — oportet*] Lips. ant. lectt. 5, 3. citat: *qui alterum incusat probri.* Vaticani: *probri, sumsit intueri.* Lipsius emendavit: *eumpsed intueri,* vel: *eum sed intueri.* Mss. Palat. teste Pareo: *probri sumsit seniteri oportet.* Conf. 2, 7, 41.

V. 160. *Sed blande*] v. Herm. Doctr. metr. p. 156.

V. 161. *Dum vivit — ubi mortuus es, quiescas*] Conf. Trinum. v. 495 ed. *Colon.*

Ubi mortuus sis, ita sis, ut nomen cluet.

Sententia eadem, atque eodem modo expressa. Nostro quoque loco scribendum erat *es* pro *est.* Mortui sunt ex usu Comicorum, qui nequeunt gratiam amicae praesente pecunia emere, vel debitum omnino omne nequeunt solvere. Pseudol. 1, 3, 27. *Mortua re, verba nunc facis. Stultus es, rem actam agis.* Ibid. v. 76.

Utut est; mihi quidem profecto cum istis dictis mortuust,
Illico vixit amator, ubi lenoni neplacet.

Ita enim h. l. lego ex emendatione Acidalii divinat. Plaut. p. 348. Conf. Pers. 4, 4, 83.

Do. At ego patriam te rogo, quae sit tua.
Vi. Quae mihi sit, nisi haec ubi nunc sum? *Do.* at ego illam quaero, quae fuit.
Vi. Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit:
Tanquam hominem, quando animam efflavit, quid eum quaeras, qui fuit?

V. 163. *Qui potis amabo, planius?*] mss. et vett. edd. *Qui potis est, amabo, pl*

V. 169. *alter*] Mss. Palatt. *aliter.* Fortasse rectius. Alterum dedi ex emendatione Acidalii. *Alter* est alius. V. Capt. init., ubi vid. Acidal. divin. Plaut. p. 88, et ad h. l. p. 534 Pareus in lex crit. s. v.

V. 171. *fundique*] ita Mss. teste Pareo, non *fundi*.

V. 172. *ignoto*] Mss. *ignato*.

V. 175. *In melle sunt* — 176. *acerbo aceto.*] Egit de hoc loco Palmer. spicil. p. 700., qui legit e libris Vaticc. *mede* pro *melle*. Lips. ant. lectt. 5, 3. memorat, in altero Vatic. esse: *in medie sunt;* in altero: *in medio*. Ipse legit: *in mede*, quod ait esse idem, ac: *in melle*. Mss. Camer. *medie* et *melie*. Gulielm. Truc. c. 2. primus in altero versu scripsit: *corda felle sunt lita*. *Lita* jam etiam Camer. conjecerat, ut vidit postea Gruterus in eius exemplari Plautino adnotatum. Mss. Camer. *fac atque corda belle*, aut *vacatque corda bella*. Id enim habet Ms. Palat. Bothii. Secutus sum partim hunc ipsum, partim edd. vett.

V. 177. *E linguis* — *amara factis*] *E* non habent edd. vett. et Mss. Iidem ambo: *amare factis*. Sensu cassa sunt, quae leguntur in Gronov. ed. Ego meam emendationem ascivi. Idem emendavi interpunctionem, comma ponens post *factis*, non post *Amantes*.

V. 178. *si qui*] Mss. *si quid*, aut *si quit*.

non didici fabulari] ita enim loco verbi a me conjectura inventi in omnibus libris legitur. Sed opus est, ut totum locum ante oculos lectorum ponam:

In melle sunt linguae sitae vostrae atque orationes
Lacteque: corda felle sunt lita atque acerbo aceto.
E linguis dicta dulcia datis, corda amare facitis
Amantes, si qui non danunt. *Ast*. Non didici fabulare.
Din. Non istaec mea benignitas docuit te fabulari,
Sed isti qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.

In his, quid sibi illa verba Astaphii velint: *Non didici fabulari*, nisi forte: non didici facunda esse; nemo facile dixerit. Multo autem difficilius est explicare, quem nexum cum verbis, ab ancilla prolatis habeat responsum Dinarchi. Ut paucis absolvam, *fabulari*, quod verbum in proximi versus exitu est,

quo oculi librarii aberraverunt impedimento fuit alteri verbo: *philosophari*, quominus locum suum obtineret. Jam mihi totum orationis nexum considera. Mulieres cum re male agere juvenis dixisset, verbis blandiri et palpo percutere; idque paulo argutius effatus esset: ancilla: *non didici*, ait, *philosophari*. Id vero tu, respondet Dinarchus, mihi? quasi ego philosopher, aut unquam philosophatus sim. Te isthaec dicere non ego docui, sed illi parcipromi, qui rei comparcendae, augendae magis quam vobis student. Usitatissimum autem in tali re verbum illud. Mercat. 1, 2, 34.

Dic mihi an boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet
Sine malo omni: aut ne laborem capias, cum illo uti voles?
Ac. Nescio ego isthaec: philosophari nunquam didici, neque scio.
Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero.

Capt. 2, 2, 23.

Nunc vivat, nec ne, id orcum scire oportet scilicet.
Tynd. Salva res est, philosophatur quoque jam, non mendax modost.

Pseudol. 2, 3, 17.

Stulti haud scimus, frustra ut simus, cum quod cupienter dari
Petimus nobis, quasi in rem sit, possimus noscere.
Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc evenit
In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim.
Sed jam satis est philosophatum, nimis diu et longum loquor.

Ibid. 4, 2, 16.

pauci istuc faciunt homines quod tu praedicas.
Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese noverit.
Ps. Salvos sum: jam philosophatur.

V. 181. *inlecebra*] Mss., teste Pareo. *Illecebra* Mss. et vett. teste Grutero. V. Verr. Flaccus p. 282, 40. *Gothofr.*

V. 182. *nam obsecro*] Revocavi lectionem huius loci, quae ante Acidalium fuit. Is ita transposuit:

Ast. ut exspectatus
Peregre advenisti! nam cupiebat te hera videre. *Din.* obsecro?
Ast. Quae tandem te unum ex omnibus amet. *Din.* Euge etc.

Bothe ita h. l. edidit:

A. ut exspectatus
Peregre advenisti! *Din.* Ain' obsecro? *A.* Cupiebat te hera videre.
Din. Qui tandem? *A.* Te unum ex omnibus amat. *Din.* Euge ete.

V. 184. *Per tempus — Quid vis?*] Sequor Hermannum doctr. metr. p. 156. *Mihi* post *subvenistis* addidit Gruterus. Id pronomen negat in Mssis. esse Pareus.

V. 186. *jam fore*] *jam* aliquot edd. non habent; sed agnoscunt Mss. et plurimae vett. edd.

V. 189. *credimus, aut inaestuamur ira*] v. Palmer. spicil. p. 701., qui legit: *credimus, velut in aestu mutitamus ira.* et Turneb. adv. 10, 25. Mss. et ed. Camerar. *nae ut in aestu mutuamur ira.* Both. edidit:

Verum esse insciti credimus, ne ut aestuitemus ira.

Horat. Epod. 11, 15.

Quod si meis inaestuet praecordiis
Libera bilis.

Corruptela nata est ex repetitione earundem syllabarum, quod non rarum est in libris Mss. Si palam, ait, mentiuntur, aut credimus, aut, si non credimus, irascimur.

V. 190. *haud itast res*] Mss. Cam. *haut ita est res*, teste Pareo.

ain tu] Ms. Palat. Both. *anin* h. e., ut ait Bothe: *aiin'*.

V. 191. *obsecro, ah*] Mss. teste Pareo: *ah obsecro.* Mox *quid eam,* pro *quid jam* Mss., teste Grutero.

V. 192. *mentio*] Nonius p. 606, 51. *Gothofr. Plautus Truculento:* Horresco misera, mentio quo fit partionis. Priscian. p. 710. *Putsch. Plautus in Truculento:* Horresco misera mentionem quoties fit partionis.

V. 193. *paene tibi Phronesium fuit*] Vim verbi *fuit* ipse Poeta explicat in Pseudol. 1, 3, 18.

Qui tibi sospitalis fuit. *Ball.* Mortuus est, qui fuit: qui est, vivos est.

Eodem modo positum est verbum *vixit (er hat ausgelebt)* ibid. v. 77.

Eloco vixit amator, ubi lenoni neplacet.

V. 194. *lavabat*] Mss. *lavabit.* Vett. *lavabat.*

V. 196. *quod sciam, nunquam*] Mss. teste Pareo: *nunquam quod scias.*

V. 197. *ne sibi persuaderes*] Bothe edidit: *Sibi ne aut persuaderes. Aut*, ait, Mss. habent.

V. 200. *expetit*] Mss. Palatt., teste Pareo. At vett. edd *expetiti.* Totum versum edidi ex emendatione Bentleii ad Ter. Eun. 4, 6, 5.

V. 203. *Sed i jam nunc*] h. v. edidi totum ex emendatione Hermanni doctr. metr. p. 154. Mss. Cam. teste Pareo: *noster sed jam nunc Dinarche.* Palat. Ms. Both. et vett. *Nam tu edepol noster sed jam nunc, Dinarche.*

V. 204. *Tu te recipissis — profecta quo sum*] Acidalius haec ita citat:

quam mox
Tete recepisti? jam hic eras? *Ast.* prope est, profecta quo sum.
Din. Redi vero actutum. ego interim te apud vos opperibor.

Nondum abiisse, ait Acidalius, liquet Astaphium: et tamen sic quasi abierit redieritque. Dinarchus ad eam profert ista prima: *Quam mox te recepisti? iam hic eras?* Manum porrigunt ad emendationem libri veteres, qui Astaphio dant partem horum paulo aliter lectam et cum sequentibus continuatam. Sed nos porro manum alteram in auxilium tendamus, et illos conantes saltem plene adjuvemus. Scribendum:

Din. Quam mox te recipissis? *Ast.* Jam hic ero: prope est, profecta quo sum.
Din. Redi vero actutum etc.

Turbavit non recte intellecta locutio, *profecta quo sum*: est autem, quo institui et incepi ire. Aulul. 1, 2, extr.

Nunc quo profectus sum, ibo, postidea domum
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam.

Trinum. 3, 2, 2.

Potin' ut me ire, quo profectus sum, sinas?

Ter. Eun. 2, 2. 49.

Detineo te forsasse: tu profectus alio fueras.

Et hic Dinarchus interrogat, quam cito se domum receptura sit Astaphium, cui illa: quam citissime scilicet: nam non procul esse, quo destinarit. Adde Rudent. 3, 6, 9.

Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
Cum ad me profectus i r e?

Ita enim lego h. l. ex emendatione Acidalii. Vulgo: *ires*: Proficisci, Acidal. divin. Plaut. p. 443. ait, non est ire proprie, sed eundi facere initium, se commovere primum ad iter.

V. 205. *Redi*] Mss. *rede* teste Grutero. At secundum Pareum vet. Cod. Cam. *Rede*; Decurtat. *Redde*.

ACTUS II. SCENA I.

V. 206. *Ha, ha, he requievi — sola sum*] Gronovii editio sic habet hunc locum:

Ha, ha, ha! hercle quievi, quia introivit odium, tandem
sola sum,

Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 713. qui scripsit inter alia *eccere* pro *hercle*. Qua de causa sic scripserit, statim exponam verbis A. Gellii N. A. 11, 6. usus: *In veteribus scriptis neque mulieres Romanae per Herculem deiurant; neque viri per Castorem. Sed cur illae non juraverint Herculem, non obscurum est. nam Herculaneo sacrificio abstinent. cur autem viri Castorem jurantes non appellaverint,*

non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut mehercule *foeminam dicere, aut* mecastor *virum.* Aedepol *autem, quod jusjurandum per Pollucem est, et viro et foeminae commune est. Sed M. Varro asseverat antiquissimos viros neque per Castorem, neque per Pollucem deiurare solitos; sed id jusjurandum fuisse tantum foeminarum ex Initiis Eleusiniis acceptum: paulatim tamen, inscitia antiquitatis, viros dicere* aedepol *coepisse; factumque esse ita dicendi morem: sed* mecastor *a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri.* Huic observationi repugnare videntur aliquot loci Plautini, ubi *mecastor* viri, *hercle* foeminae jusjurandum est: Asin. 5, 2, 46. ubi parasiti vox est: *mecastor*, et ibid. v. 80, ubi Argyrippi: *ecastor*. Accedit ad hos locus ipse, quem tractamus, ubi *hercle* vox Astaphii. Atque primum quidem horum locorum transponendis et versibus et personis mutavit Acidal. divinatt. Plaut. p. 62. Ego quidem illum Asinariae locum ita legendum censeo:

Ph. Dic amabo, an anima foetet tuae uxoris? *Dem.* Nautcam
Bibere malim, si necessumst, quam illanc oscularier.
Art. Aiin' tandem? edepol nae tu istuc cum magno malo tuo
Dixisti in me. Sine modo venias domum; faxo, ut scias,
Quid pericli sit, dotatae uxori vitium dicere.
Ph. Miser ecastor es. *Art.* Ecastor dignus est. *Arg.* Quid ais pater?
Ecquid matrem amas? *Dem.* Egone illam? nunc amo, quia non adest.

Hic adnotandum, *vitium dicere* me posuisse pro: *convitium dic.*, quod vulgo lectum quidem versus respuit. Idque simplex vocabulum habent Codd. Langii. Eaque vox eodem sensu legitur apud Cic. de N. D. 2, 7. *Nam ut profluens amnis, aut vix aut nullo modo; conclusa autem aqua, facile corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris* vitia *diluuntur: angustia autem conclusae orationis non*

facile se ipsa tueatur. Ubi Ern. vulgatam defendit; Heindorfius Davisii conjecturam: *convitia* recepit. Nullus liber Ms. habet *convitia.* Acidalius l. l. p. 63 affert ex vet. glossario H. Stephani: *Vitium furti dico*, Καταγινώσκω τοῦ κλέπτου. Usus est etiam Terent. hoc sensu Hecyr. 1, 2, 79.

Reddi patri autem, cui tu nil dicas viti,
Superbum est.

Illuc revertor. In altero loco Asinariae v. 80. fortasse legendum: *Edepol* pro: *Ecastor.* Venimus tandem ad nostrum locum. In Mss. Camer. est *ercle.* Jam deinde animadvertendum est, solennem exultantium interiectionem non esse: *ha, ha, ha,* sed *ha, ha, he.* Eaque interjectio solet non extra versum poni, sed in versu. Pseudol. 4, 1, 36.

Ut ego te hodie accipiam lepide, ubi effeceris hoc opus.
Sim. Ha, ha, he.

Ibid. 4, 5, 1. lege:

Ha, ha, he, nunc demum mihi animus in tuto est loco.

Donat. ad Terent. Eun. 3, 1, 36. *Ha, ha, he interiectio risus.* Atque apud Terentium quidem *ha, ha, he* vel *hae* his est locis: Eun. 3, 1, 36. 3, 2, 44. Heaut. 5, 1, 13. Hecyr. 5, 4, 22. Phorm. 2, 3, 64. At Plaut. Capt. 1, 2, 45. recte nunc legunt non *ha,* sed *ah.* Nam *ha* laetitiae, *ah* doloris est. Plerique tamen Mss. *ha* eo quoque loco. Noster Poenul. 3, 5, 23.

Ha, ha, he! jam teneo quid sit; perspexi modo.

Quodsi ponatur, in Mss. fuisse: *ha, ha, haercle quievi;* facile cogitatu est, quomodo in illam lectionem vera depravata sit, quam puto esse hanc: *Ha, ha, he, requievi.* His jam chartae mandatis video quartum locum superesse, ubi mas per Castorem dejurat, Casin. 2, 6. initio:

Cl Face, Chaline, me certiorem, quid meus vir me velit.
Ch. Illum edepol videre ardentem te extra portam Metiam.
Cl. Credo ecastor velle. *Cl.* at pol ego haud credo, sed certo scio.

ubi recte Acidal. divinatt. Plaut. p. 131. ita emendavit:

Cl. Face, Chaline, me certiorem, quid meus vir me velit.
Ch. Ille edepol videre ardentem te extra portam Metiam.
Cl. Credo ecastor velle. *Ch.* at pol ego haud credo sed certo scio.

introit] i. e. intro iit. Ms. Cam. A. *introavit;* Ms. B. *intro ivit.* Sic *abisse* legendum, pro *abiisse* in Menaechm. 3, 3, 32.

Ut si qui sequantur, hac me abisse censeant.

V. 208. *neniam*] Vett. edd., quas Bothe consuluit: *veniam.* Citat h. v. Verrius Flaccus p. 125, 46. *Gothofr. Plaut. Trucul.* Huic nomini amanti mea hera dixit domi, et apud nos de bonis neniam esto. Ubi legunt *homini* et *maesto.* V. Scaliger. ad h. l.

V. 213. *humanum facinus factumst*] *Factum* Mss. et Vett. — Alii: *factu.*

V. 215. *istum meminimus*] Ita eaedem Bothii vett. — Ed. Aldi: *eum meminimus.* Neque aliter ed. Camer.

V. 216. *Vorterunt se memoriae*] Ms. Palat. A. *Verterunt sese memoria est vitus sit quid ita miretur. Si eget, necesse est nos patiam avita equom me factum est.* Ms. B. eadem omnia, nisi quod *patiar* fert. Edd. vett. *vertere sese memoriast Vices sic. quid ita miretur si eget. necesse est nos patier a vita Aequum factum est.* Enotatio Parei aliquantulum ab illa differt. Enotavit enim e Mss. *vorterunt sese memoriae* et *qui ita miretur.* Egit de h. l. Palmer. spicil. p. 621. et Gulielm. Verisim. 2, 17. E Palat. suo Bothe eruit haec: *Vitiis sit, quid ita miretur.... nos patiar avita Aequum me factum est.* Vett., quas idem consuluit: *patier a vita aequum factum est.*

V. 217. *Si eget — factust*] Scripsi h. v. ex emendatione Hermanni doctr. metr. p. 154.

V. 218. *rei*] Ita Mss. Camerar. et edd. omnes. Temere mutant in *rem*.

V. 222. *Quemquem*] Mss. Cam. et vett. — Pareus male edidit: *quemquam*.

V. 224. *pro infrequente eum mittat militia domum*] Mss. teste Pareo: *cum mittas*. A. Gell. N. A. 16, 4. *Miles quum die, qui praedictus est, aberat, neque excusatus erat, infrequens dicebatur*. V. Lips. ant. lectt. 5, 4. de Milit. Rom. 5. dial. 18.

V. 226. *Nugae sunt, nisi modo quod dederit, dare jam lubeat denuo*] Acidalius:

Nugae sunt, nisi quoi modo cum dederit, dare jam lubeat denuo.

Mss. Grutero teste: *jubeat;* item, quas is consuluit vett. edd. Lambin. *lubeat* ex commentitiis suis Mss. profert. Teste Pareo Mssi ex correctione habent: *jubeat*. Dousa conjecit: *nisi qui modo cum dederit* etc Sed nihil nisi in vulgata omittendum: *cum* et transponendae voces: *quod modo*. Eadem sententia, eodem modo expressa est in Asin. 1, 3, 15.

Ar. Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem expleri potes,
Modo quod accepisti, haud multo post aliquid quod poscas, paras.

Lege:

Ar. Qui modus *dando?* nam nunquam tu quidem expleri potes.
Modo quod *accepsti*, haud multo post aliquid quod poscas, paras.

Dando lego pro *dandi*. Sic legendum est etiam proximo versu, mutata verborum distinctione:

Quid modist ductando, amando? nunquamne expleri potes?

Pulchre jam sibi respondent illa, juvenis quae dicit: *Qui modus dando?* et haec, quae laena: *Quid modi est ductando, amando?* Item in exitu Asinariae legitur:

Quid modi, pater, *amplexando?*

sic enim ibi quoque scribo. Ex correctione ut nostro loco ita loco Asin. est *cum*, quod e mediae aetatis edd. recepit Bothe:

Modo quom accepisti, haud multo post aliquid quod poscas, puras.

V. ad Trinum. v. 998., ubi similem usum conjunctionis *quod* in formula: *Malum quod tibi Di dabunt* attigi. Addendum nunc est, eandem inveniri in Pseudol. 4, 7, 27.

Improbi usui. *Sim.* Malum quod tibi Di dabunt, qui sic scelestus.

Videtur autem utroque loco, et hoc et altero ex Amphitr. in nota ad Trinum. l. l. adscripto *dabunt* monosyllabum esse.

V. 228. *dum habeat, tum amet*] Nonius p. 534, 10. *Gothofr. Plaut. Truculento:* dum abeam quodam, et ubi nihil coepiam. Nota, *tum* in arsi h. l. pro brevi esse, ut passim *si*, *me*, *te*, *se*, *qui* et al. Idque puto factum esse etiam in Trinum. 2, 1, 20., quem locum ego ita edidi:

Celatum indagator. nam quom quisque amat quam,
Quam is extemplo savi sagittis percussust,
Illico res foras labitur, liquitur.

Longe aliter nunc de h. l. sentio. Nam et quod Hermannus, et quod ego edidi, conjectura nititur Sarraceni, non ductibus Mssorum, qui ferunt plane corrupta: *nam quam ad quod amat*, vel: *namque ad quod clamat*, ut mihi ibi adnotatum est. Ut nunc quidem mea sententia fert, e vestigiis librorum illorum edendum fuisset:

Celátum indagátor: nam quí amát, ab eó quod amát, quam
Is éxtemplo sávi sagíttis percússust,
Illico rés foras lábitur, líquitur.

Is enim est usus loquendi Nostro usitatus, velut Mercat. 4, 4, 4.

Nam qui amat, quod amat, si id habet: id habet pro cibo
Videre, amplecti, osculari, adloqui.

Ceterum *tum amet* nostro loco habent Mssi et vett. edd. At Lambin. edidit: *dum amet.* Hic vers. ante Gulielm. Trucul. c. 2. in fragmentis legebatur corruptissimus. Conf. Gul. Canter. N. L. 4, 6. Haec sententia frequens apud Nostrum, velut Pseudol. 1, 3, 72.

Non est justus quisquam amator, nisi qui perpetuat data,
Datque usque: quando nihil sit, simul amare desinat.

V. 229. *aequo animo*] Haec verba cum ad praecedentem versum traherentnr, in hunc modum: *alium quaestum coepiat aequo animo;* Acidalius rectius distinguens locum emendavit. Quam emendationem jam in ed. Gron. videris.

V. 232. *quaeso*] Ed. Taub. *quaeso numqui male nos agimus tandem?* At Mss. *qui si, nunquam alienos agimus tandem*, nisi quod Ms. B. *quisim umquam.* Itidem vett. edd., quibus usus est Gruterus.

V. 235. *Nam quando — a datis*] H. locum interpolarunt fide Lambini levissimi editoris nisi. Primus Gruterus eum secutus adjecit huic versui verba: *improbus est.* Sed ea non erant in Mssis. Palat Bothii: *nam quando sterilis est amator datis si negat se habere, quod et soli nec satis accepimus satis cum quod det non habet.*

V. 236. *si satis — quod det*] H. quoque versum eodem Lambino auctore interpolarunt additis verbis: *soli pernoctandumst.* Sed haec verba neque in Mss., neque in vett. edd. erant.

V. 239. *demunt, danunt*] Ita Pistorem secutus primus Gruterus edidit. Mss. *demus danunt.* Edd. vett. *dona danunt.* Edd. recentiores: *demum danunt.*

V. 242. *clam patre*] an *clam patrem* scribas, nihil interest. Mss. ambo: *clam pater.* Mercat. 4, 6,

3. sqq. intra spatium paucorum versuum *clam* modo cum accus., modo cum abl. junctum legitur.

etiam hac nocte illam maceriam] H. l. Lambin. recte supplevit *maceriem*. Scribendum autem est ex usu Nostri per: *am*. Mss. Palatini: *hac noctem illac PER*. Neque est, ait sive Taubm. sive Gruterus, ulla lacuna grandiuscula in Ms. B., ut esse voluerat Pareus, imo *illac* ibi finire versum Gruter. contendit, ut in Ms. A. Ceterum conf. infr. 2, 2, 48. 50.

V. 244. *unus*] i. e. quidam.

V. 245. *Qui ubi — egrediens*] Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 716. Edd. vett., quas evolvit Pareus: *prope aedes hasce egrediens*. Ms. Palat. A. *aggredias*. At Ms. B. *hac si agredias*, teste Grutero. At secundum Pareum Vet. Cod. Camer. ferebat: *adgredias*; Decurtat. *agredias*.

V. 247. *Ita is est agrestis*] Sic dedi, Bothium secutus. Vulgo: *is item est agrestis — Item* ex proximo versu huc immigravit. Nam proxime praecedente versu legitur: *Item ut de frumento* etc.

ACTUS II. SCENA II.

V. 249. *in nostras aedis arietat*] Nusquam inveneris *arietare* constructum c. accus. Ubique addita est praepositio: *in*, velut a Virgilio 11. Aen. 890.

Arietat in portas et duros obiice postes.

Hinc *in* addidi ex conjectura. V. Bentl. ad Cic. quaestt. tusc. 5, 39.

V. 250. *Ego sum — Nonne ego videor?*] Mss. Cam. et vett. edd. praebent verissimam lectionem: *nonne ego videor te tibi*. Acidal. conjecit: St. *Quid, ego?* Ast. *Non nego*. St. *Video: vae tibi!* Reliqui servata vetere personarum dispositione ediderunt *video*, pro *videor*. Sensus est hic: *Wer ich?* Ast. *Nun, siehst du mich denn nicht?* St. *Dafs dich — !*

V. 252. *Salve — non salveo*] Citat h. v. Probus Catholic. p. 1486. *Putsch. salve, salvete, salvere:*

nam quod Plautus in Truculento: Non salveo; *irridenter posuit pro persona rustici.*

V. 255. *tu quae solita es, comprimas.*] Lips. ant. lectt. 4, 5. conjecit: *te qui solitus est, comprimat.* Mss. *tuque solitas.*

V. 256. *Imprudens — stuprum.*] Hic versus spurius est. Nam utrius ore proferendus sit interloquentium, si genuinum esse defendas? Tum autem metrum damnat eum pro insititio. Mss. *imprudens* et *per ridiculum.* Alii scripserunt: *impudens*, Dousa filius: *per deridiculum*, in vili corpore frustra periculum facientes.

V. 257. *Iram dixi — alteram*] *Iram.* supple: comprimeres, dixi. Tentamen Palmerii v. in spicil. p. 716. Vulgo corruptissime ciscumfertur hic versiculus: Ast. *Iram dixi.* St. *Ut esse coepisti, si dem, si est una altera.* Pro *si dem* aliae edd. habent: *fidem.* Ms. Camerar. B. et vett. edd. *fidem si est una altera.* Ms. B. *ut esse cepsi si dem sist un alteram.* Ed. Aldi. Ast. *Iram dixi.* St. *Ut esse coepisti quidem, si est una altera.* Nihil frequentius illo usu particularum, *itidem* et *una*, quo alterum jungitur pronomini *alter*, ut sit *itidem alter* pro: similis; quoque *una*, adjecto interdum substantivo *opera* est pro: *simul*, velut: Pers. 2, 1, 3. Menaechm. 3, 3, 2. et 1, 3, 19., pro quo paulo post legitur: *simul.* Frequens deinde etiam locutio: *ciere iram.* Hinc mihi nata conjectura, quam edidi. Sensus ejus hic est: Modo concitasti iram meam, fores pultando, jam conando me mitigare, simul alteram et similem iram concitasti. Pro *una* haud raro invenitur *eadem*, sensu eodem, ut constat inter omnes, qui has comoedias legerunt, v. Bentl. ad Ter. Heaut. 2, 3, 127.

V. 258. *pergin.*] Mss. Camerar. *pergin male loqui mulier mihi es.*

V. 259. *Quid tibi ego autem dico?*] Vulgo: Ast. *Ecquid tibi ego antea dico?* St. *quia enim*

etc. Correxit Acidalius. Non agnocit tamen *me* in sua emendatione et *male* ante *dico* inserit. Mss. Camer. firmant conjecturam Acidalii, praebentes: *quid tibi ego aut medico.*

V. 260. *Nunc adeo*] Mss. teste Pareo. *Non adeo* alii edíderunt, fide librorum deserta.

aut dicis] Gron. ut in margine adnotavi: *ac dicis.* Edd. vett. *at dicis.* Scribe: *aut dicis.* Poenul. 2, 46.

jam elidam caput
Tuum, ni auscultas, aut is in malam crucem.

Ibidem versu proximo lege:

In malam crucem ibo potius. *An,* certumne est tibi?

Malam enim est monosyllabum, ut *bonus* haud raro. Vulgo omittunt *in.* Conf. Poenul. 3, 6, 4. ubi videtur legendum esse:

Abscessit. *Ag.* Utinam hinc abierit malam in crucem.

Hic quoque vulgo desideratur *in.* Adde Mercat. 1, 2, 56.

Hercle vero vapulabis, nisi jam loquere aut hinc abis.

V. 261. *jam hercle — proteram*] Citat h. v. Nonius p. 741, 35. nulla cum discrepantia verborum.

V. 262. *Rus merum — clurinum pecus*] v. Turneb. adv. 10, 25. Meurs. exercitt. crit. P. I. p. 247. *clurinum* se invenisse tradit in edd. vett. Et sane Clura in vett. glossariis explicatur per πίθηκας Conf. idem in append. crit. Arnobiani libr. III. ad p. 110, 22. Acidalius frustra: *urbicum pecus.* Mss. et vett. edd. *pudendum et vero clurinum pecus.* Servius ad Virgil. emendatus ex membranis Fuldanis apud Taubmann. ad h. l. p. 1403. ed. *Schurer.* a. 1621. non agnoscit *clurinum*, sed *cluninum*, his verbis: *Plautus* cluninum pecus, *simiam dixit.* Cum eo facit Festus: *Clunas simias a clunibus tritis dictas existimant.* Potior fides librorum scriptorum et editionum veterum.

V. 263. *Rus tu — probri*] H. v. vulgo legitur

post v. 273. *Quam tuas centum coenatas* etc. Hunc autem eius verum locum esse, facile quisque intelliget.

V. 264. *Adveni istuc sis — ossibus*] v. Palmer. spicil. p. 622. Acidalius:

Advenisti huc te ostentatum cum exornatis ossibus.

Alii:

Advenisti nos huc tentatum cum exornatis ossibus.

Aliquot libri editi: *Advenisti huc sustentatum.* Codd. Vaticani apud Lips. ant. lectt. 4, 5. sine litura: *advenisti huc sistentatum.* — *Sistentare,* ait, antiqui pro: *ostentare.* Conf. idem ad Tacit. 15. Annal. 18. Mss. Camerar. item *sistentatum.* Editiones quaedam: *subtentatum.* Recepi lectionem membranarum: *sis tentatum,* cum Bothio; et scripsi *adveni istuc* pro *advenisti huc.* — *Tentare* autem absolute positum etiam a Terent. Phorm. 2, 3, 41.

Non dico: quasi non noris, temptatum advenis.
D. Egone autem tempto?

V. 265. *tibin' suaso*] Ita recte Meursius et Acidal. *quia tibin'* tmesis, pro: *quiane tibi.* Mss. Camerar. teste Pareo: *tibire suasu.* Verrius Flaccus p. 187, 17. *suasum colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus*: Quia tibi suaso infecisti, propudiosa, pallulam. *Quidam autem legunt:* insuaso, *Nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari quod quasi persuadetur, in alium ex albo transire.* Festus p. 302, 13. *Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio.* adde p. 449, 49. qui locus repetitus est a Verrio Flacco, cuius verba modo adscripsi.

V. 266. *An eo bella es, quam clepsisti*] Acidalius:

An eo bella es? quin accedis ar me? advenias. *Ast.* Nunc places.

Ar me.] Ms. Cam. A. *Arma* Ms. Camer. B. et edd. vett. Aliae editiones: *An eo bella es, quia cepisti arma? advenias.* Aliae: *accepisti arma adveniens.* Secutus sum conjecturam Bothii elegantissimam. De verbis: *ar me*, positis pro *ad me* vid. Schneider. gr. lat. 1, 1. p. 257. sq. et de verbo: *Clepere* Varr. d. l. l. p. 57, 23. *Gothofr.*

V. 267. *Quam me tibi velim — Quod te rogo*] Lips. ant. lectt. 4, 5.

Quam me illi velim. *Ast.* Mentiris. *St.* Quid quod te rogo?

Ms. Cam. A. *Cum me illi vel in mentiri dicis quid quod.* Ms. B. eadem, nisi quod *velim* pro: *vel in* habet. Eadem edd. principes, nisi quod *dices* ferunt. Ms. Palat. Both. *quid quod te rogo.* Vet. Cod. Cam *quidquid*, perhibente Bothio. Sequor Bothium. Sensus versus huius hic est: Dixerat Astaphium, postquam servus ad se eam accedere jusserat, Nunc places. Tam, inquit ille, places, quam me tibi placere velim. Mentiris, ancilla respondet. At dic mihi, quod te rogo. Quid id est? interceptans sermonem eius, servus quaerit.

V. 268. *Mancupium — annuos penos*] Vulgo: *penos annuos*, qua verborum positione metrum pessum datur. Magna autem est librorum discrepantia hoc et sq. versu. Editio Aldi:

Mancupium qui accipias gesta tecum, hae nos an vos
Dignos dant, laviniae hic sunt, quas habes victorias.

Lambinus edidit:

Mancupi vin quia accipias gesta tecum henos annuos?
Ast. Dignis dant. *St.* Laviniae hic sunt, quas habes victorias?

Taubmann. et Gronovius:

Mancupium qui accipias, gesta tecum penos annuos.
Ast. Dignis dant. *St.* Laviniae hic sunt, quas habes victorias?

Bothii editio:

St. Quos mancupio accipias, gesta tecum ahenos annulos.
Ast. Dignis dant. *St.* Laverna illaec scit, quas habes victorias.

Et *ahenos* quidem *annulos* Turneb. adv. 10, 25.

excogitavit. Sensum autem verborum, a Bothio priore versu editorum fateor me non assequi. Tractavit h. l. etiam Palmer. spicil. p. 622. Sed vix sunt digna, quae inspiciantur, quae protulit. Mss. Palat. *henos annuos*. Ms. Palat. Bothii: *he an nos*. (Uter fallat, an Gruterus, an recentius qui librum excussit, nescio.) Edd. vett. *hae nos an vos*. Deinde iidem Palatini: *dignus*. Vett. edd. *dignos dant*. Porro edd. omnes et Mss. Cam. *Laviniae hic sunt, quas habes victorias*. Ms. Palat. Bothii: *Lauime hic sunt*. Ed. Paris., qua usus est Gruterus: *lamiae hic sunt, quas aves victorias*. Eadem e vet. cod. suo Meurs. exercc. crit. P. I. p. 249. profert. Sensus verborum, quae ego edidi, hic est: Si habere vis, qui tibi serviat, et interroganti respondeat, gesta tecum, i. e. adfer unde emas, victum annuum. Cui ancilla, tentans servi saevitiam joco mollire, dignis victus praebetur, respondet. An hae laciniae, pergit servus, tua praeda sunt? an tam vili praeda tantopere gloriaris? Ne me tange, illa. Ego te, servus regerit, te tangam? Malim equidem etc. Fastidiosas servulorum voces eiusmodi passim apud Comicos legas, velut in Pers. 2, 4, 2.

Paegnium, ausculta. P. Emere oportet, quem obedire tibi velis.

Penus annuus modo masculino, modo neutro genere *penus* legitur apud Plautum, velut Pseudol. 1, 2, 45.

Nam ni hodie penus annuus convenit, cras populo prostituam vos.

Ibid. prope fin. scenae:

Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus adfertur.

Quanquam Festus p. 607, 53. neutrum improbat: *Penus generis foemini: Lucilius: Magna penus parvo spatio consumta peribit. Masc. Pomp Dogali: Unum penum, quae omnem: caeterum aliam praeberem penum. Naevius: Do facta meum in penum componam satius est. Neutri etiam lectum est apud*

plurimos, quorum auctoritas non probatur. Sed Priscianus 5. p. 658. prope fin. *hic et haec et hoc penus, et hoc penu. Plautus in Pseudolo* (loco modo adscripto) . . . . *Plautus in Captivis: Dicam seni, curet sibi aliud penus.* et rursus 6. p. 713. *Penus quoque et masculini et foeminini et neutri invenitur, teste Donato et Capro.* etc. — Piget autem referre quot conjecturae inutiles de hac propositae sint voce, quam Codd. Mss. tueri videntur.

V. 269. *Laciniae*] Vulgo: *Laviniae.* In promtu erat legere: *laciniae.* Nemo tamen in eam conjecturam facillimam eandemque verissimam, opinor, incidit, quod sciam. Multa autem ad h. l. adnotarunt editores, commentatoresque, quae videre licet apud Taubm. p. 1405 sqq. Plaut. Mercat. 1, 2, 16.

At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.

Asin. 3, 2, 41.

Lacrumantem laeinia tenet lacrumans. Quidnam esse dicam?

V. P. Manut. in Cic. 16. epist. 21. *Laviniae hic sunt,* in Mss. legitur. Sensus metrumque postulant: *laciniae isthaec,* i. e. istae. V. Capt. 5, 2, 16. Mostell. 1, 3, 116. Pseudol. 1, 3, 9. *Haec* est in ed. vet. V. Meurs. l. l.

V. 270. *tangamne ego te? ita me amabis, sarculum*] Verba: *ne ego te* absunt a Mssis. et edd. omnibus. Mss. *amabis.* Vulgo: *amabit.*

V. 271. *patulum*] Lips. ant. lectt. 4, 5. e Festo posuit *patalem.* Mss. Camerar. *patulum voueri.* Iidem libri *perpetim* vers. sequente. Conf. Meurs. exerc. cr. P. I. p. 250. sq. Athenae. 9. p. 376. B. ibiq. Casaubon. Festus p. 357, 41. *Patalem bovem Plautus appellat, cuius cornua diuersa sunt ac late pateant.* p. 382, 45. *Propatulum, late patens, atque apertum: et patuli boves, quorum cornua in diversum supra modum patent.*

V. 272. *Cumque eo*] Vett. edd. *Cumque ita.* Bothe edidit: *cumque eri.*

V. 277. *Musca nulla foemina*] i. e. nulla prorsus foemina.

V. 278. *abi*] Mss. *pabi*. Bothius: *papae!* Astaphio hoc vocabulum tribuens.

V. 281. *expellam*] Ita omnes et editi et scripti. Non reiicienda est Scaligeri conjectura: *exvellam*.

V. 282. *Quia adeo nostras unguentis uncta es ausa accedere*] Vulgo in omnibus libris: *nostras fores*, quo facto versus duabus syllabis abundat. Mss. Gamerar. *Quia adeo foras nostras unguant juncta esse audes accedere.* — *Fores* ex glossa est; solet ea vox per ellipsin facile suppletam omitti. Loquuntur servi de foribus ut conservis suis; jam ut servi conservos *nostros* appellant, ita *nostras* h. l. pro *fores nostras*, quasi dicat poeta: nostras conservas. Plaut. Asin. 2, 3, 6. vulgo legitur metro laeso:

At censebam attigisse,
Propterea huc quia habebas iter. nolo ego fores conservas meas
A te verberarier: sane ego sum amicus nostris aedibus.

Lego:

Propterea huc quia habebas iter. nolo ego fores conservas
Meas a te verberarier: sane ego sum amicus nostris.

Nostris, omisso: *aedibus;* quasi dicat conservis, vel familiaribus. V. Gulielm. Asinar. c. 6., qui hoc profert exemplum ex Amphitr. 1, 1, 243. ubi legunt:

Certe edepol tu me alienabis nunquam. quin noster siem,
Nec nobis praeter med alius quisquam est servos Sosia.

In codd. Langii pro *nobis* est *noster*. Lege:

Nec noster praeter me alius quisquam est servos Sosia.

Latius haec tamen postea accepta, et *Noster* sive *Familiaris* quemvis amicum artiore usu et prope quotidiano coepit significare; *alienus* eum qui nullo nos usu attingit. Lepide igitur servi de janua ut de familiarium aliquo loquuntur. V. huius fabulae 1, 2, 104. 5, 61. Mil. 2, 3, 79. 2, 5, 21. 23 et

Pareus lex. cr. s. v. *Noster* et *Nostri*. Adde Curcul. 1, 1, 40.

Lenonis hae sunt aedes. *Pal.* Male istis eveniat!
Ph. Qui? *Pal.* Quia scelestam servitutem serviunt.

Ubi Muretus V. L. 16, 13. legit *evenat*. Conf. Osann. anall. crit. p. 134. *Fores* per ellipsin omissum in Mostell. 2, 2, 23.

Pultando pedibus paene confregi hasce ambas.

Sic enim illo loco Mss. Camerar. et vett. edd. *asce ambas*, cum in aliis libris sit *assulas*. V. Sciopp. susp. lectt. p. 108. Plene effertur in Captiv. 4, 2, 51.

Aperite hasce ambas fores,
Priusquam pultando assulatim foribus exitium affero.

Conf. Acidal. divinat. Plautin. p. 48. In suppositis, quae vulgo Amphitruoni annectuntur, versu 9 legerim expulso item vocabulo: *fores*:

Tun' meas pulsare? hasce illico toto demoliar cardine.

Quo facto fortasse stabit versus, si *demoliar* trisyllabum esse concedas. Certe *fores* facilius omittitur, quam *toto*, quae vox in hac locutione necessaria est: *aedibus totis talos confringere*, *toto cardine aedes demoliri*. Et sane quae corruptela in Plauti exemplaribus orta est per sedulos glossatores, eadem in eius imitatores irrepere potuit.

V. 286. *Tuo potestatem — capiendi, mala*] Citat h. v. Priscian. p. 694. *Ulli pro ullius. Plautus in Truculento:* Quasi vero corpori reliqueris potestatem coloris ulli capiendi, mala. et p. 717. *Putsch.*

V. 287. *Buccas rubrica; creta omne — tibi*] V. Varro 3. d. R. R. cap. 17. Turneb. adv. 24, 17. Mss. Camerar. vel *rubriceta*, vel *rubrice ceta*. Edd. vett. *rubriceta*. Scaliger. emendavit.

Buccas rubrica, cera omne corpus intinxti tibi.

Verum *cerae* nullus hic locus est.

V. 288. *Pessumae estis — pessumae haec*] Versus mancus est, neque dum succurrit, quo suppleam. Acidalius ita citat:

Pessumae estis. *Ast.* Quid est quod vobis pessumae haec via.

Legit:

Pessumae estis. *Ast.* Quid est, quod vobis pessumae sumus?
St. Hac avi.

I. e. hac abi. Ms. Cam. B. et edd. vett. *pessimae haec*. Ms. Cam. A. *pessumae hec ma*. Fortasse legendum est:

Pessumae estis. *Ast.* Quid est, quod vobis pessumae, quaeso sumus?

V. 291. *inliciatis*] Mss. et edd. *iniciatis* et *iniiciatis*. Ceterum eod. vers. *praemium* est synonymum vocabuli: *praeda*, ut in Pseudol. 4, 7, 126. 127.

V. 292. *Sanus si videare, dicam; dicis contumeliam*] Edd. vett. *Sanus si videar, edicam*. Ast. *Dicis cont.* Ante Lips. ant. lectt. 4, 6. *dicam* non legebatur. Hic primus adjecit e libris Vaticanis, vel sic se legere ait: *dicam dicis contumeliae*, ut dicitur graeco vocabulo in latinam linguam recepto: dicam scribere. Est autem illud: dicam, si sanus videare, idem ac si dixisset: non sanus es. Velut alia eiusmodi eodem modo usurpantur: si domi sit herus, dicam i. e. non est domi herus. Si habeam, dem i. e. non habeo, quod dem. Mostell. 3, 1, 28.

Non confitetur? *Th.* Dicam si confessus sit.

i. e. non confessus est. V. Dousa Centur. Plaut. p. 224. *Sanus si videare* etiam Mss. Camerar. et Vaticani.

V. 294. *nudis licet*] Mss. Cam. *ut, uis*, edd. vett. *uti jus* pro *nudis*.

V. 296. *Quin maceria — singulas*] Citat h. v. Priscian. p. 673. *Putsch. Plautus in Truculento*, quin maceria illa ait, in horto quae est, quae in noctes singulas Latere fit minor,

qua is ad vos damni permensus est viam. Non mirum, vetus est maceria, lateres si veteres ruunt. Ain' tu veteres lateres ruere? Acidalius legit: *Quid maceria illa ait* etc. Ita in vett. edd. est et in edd. quibusdam Prisciani. V. Meurs. l. l. p. 251. Mss. Palat. servant: *Quin.* Aliae edd. *Quid.*

V. 297, *iste ad vos*] Edd. vett. *is ad vos.* Mss. Palatin. *istivos.* Iidem eodem vers. *lateri.*

V. 302. *Suam non ille enim* — 303. *Muniendis* V. Palmer. spicil. p. 615. Lips. ant. lectt. 4, 6. legit: *Estne ille violentus?* St. *Sum: non ille.* Idem *molendis*, pro *muniendis.* Vaticani: *monendis*, aut *moniendis.* V. Turneb. adv. 10, 25. Sciopp. suspect. lectt. p. 150. in Camer. utroque Cod. Ms. invenit scriptum: *moniendis;* id puta scriptum pro *moeniendis*, i. e. antiquitus pro *muniendis.* Sic moenera et munera, moenia et munia. Gruterus ex Mss. Cam. enotavit *muniendis.* Idque jam conjectura invenerat Palmerius, nisi ei suggesserunt vett. editiones, velut Aldina. V. Acidal. Divinat. Plaut. p. 505.

V. 303. *parsimonia* — 304. *Duritiaque*] Mss. et vett. et ed. Gronovii: *parsimoniae duritiaeque.*

V. 304] *jam*] Palat. Ms. Bothii et vett. edd. *quae nunc duo sciam exportatur.* Bothe edidit: *quae nunc ad vos clam exportatur.*

V. 305. *Hem, o sexungula*] Ante Palmerium l. l. fuerat: *exungula.* Furum sex manus etiam alibi Noster appellat, et ungulas item. V. Pseudol. 2, 2, 48.

Malae vivitis] ita emendavit Acidal. i. e. malae estis. Mss. Cam. *Em* vel *hem tuos exungula.* Pareus ait, in Mss. esse: *sexungula.* Scilicet si quae secernendae sunt literae, secernantur, apparebit ex his: *hem tuos exungula*, id quod nunc vulgo legitur emendatius opera Palmerii.

V. 306. *Jam enim* — *forum*] lege *iam*, ut versus postulat. Mss. Camer. teste Bothio: *iam enim*

exercere ibi forum. Vett. edd. velut Aldina: *jam enim eccere iho ad forum.*

V. 307. *Neque istuc — examen mali*] V. Palmer. spicil. p. 615. et quis non interpretum editorumve suas vires in hoc loco expertus est? Inter alios Lips. ant. lectt. 4, 5. conjecit:

Namque istuc ipse gestit, ergo coget examen mali.

Acidalius:

Neque iste huic, ut se gestit, tergo coget examen mali.

Vel:

Neque iste huie in se gesti tergo coget examen mali.

Vel:

Neque ego istuc meo gestio tergo cogere examen mali.

Quarum multiplicium conjecturarum explicationem pete, si lubet, ab ipso in Divin. Plaut. p. 538. Mss. Camerar. *Neque istuc.* Aliud nihil ex iis attulerunt de h. v. ii, quibus manu versati sunt illi codd. An ego veram poetae manum restituerim, harum rerum periti judicent.

V. 309. *benevolens ut is est suo*] Malim deletum *ut.* Acidalius conjecit: *benevolens vivit hero.* Ed. Aldi: *benevolens uti est is vos.*

V. 310. *Verum ego illum — spero mutari potest*] Meliores fiunt rhytmi, extrito aut *ego* aut *illum.* Sed prius praestat. Familiare enim Plauto hoc attractionis genus: *spero illum, mutari potest.* Poenul. 5, 2, 106.

Patrem atque matrem viverent, vellem tibi

Pers. 3, 3, 10.

Possum te facere, ut argentum accipias, lutum?

Merc. 2, 4, 15.

Responde; quo leto censes me ut peream potissimum.

Ibid. 5, 2, 44. ut legit Bothe:

Ne pave, restituam jam ego te in gaudia antiqua ut sies

Menaechm. 2, 1, 21.

Ego illunc scio, quam cordi sit carus meo.

Epid. 4, 2, 5.

Quia hanc ego quae siet
Neque scio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.

Mostell. 5, 1, 26.

Nunc ego illunc veniat velim.

V. 311. *ornamentis*] Mss. et edd. vett. Nihili est Meursii conjectura: *oramentis*. Poenul. 1, 3, 16.

Jam et ornamentis meis et sycophantiis
Tuum exornabo villicum: propera atque abi.

V. 312. *Vidi equidem — belluas*] Ineptissima est emendatio huius loci, quae vulgo circumfertur, et in Gronovii editionem recepta est:

Vidi equidem ex jumentis domita fieri, atque alias belluas.

Quasi jumenta inter belluas feras numeranda sint, non inter domitas. Ed. Aldi:

Vidi equidem juvencum ex indomito domitum fieri, atque alias belluas,

Aliae edd. veteres:

Vidi equidem jumentum ex indomito domitum fieri atque alias belluas.

Mss. Palatini:

Vidi equidem ex inem intu domitu fieri atque alias belluas.

Ms. tamen B. *intum* pro *intu*. At negat Pareus esse in Ms. B. (Decurtato) *intum*. Ego hinc meam conjecturam formavi, quam exprimendam in syntagmate poetae curavi.

V. 314. *Tristis — Phronesium*] Ed. princeps:

Tristis exit, ad convenire etiam hic dum Phronesium.

Itidem Mss. Palatini, nisi quod *bum*, pro *dum*. Pius ait esse in vett. suis: *tristis exit qvet convenire*. Antiquissimae editiones: *at convenire etiam hic dum Phronesium*. Sequor emendationem Gulielmi Trucul. c. 2.

ACTUS II. SCENA III.

V. 315. *Piscis — lavant*] Citat h. v. Varro de l. l. p. 91, 53. *Gothofr. Apud Plautum cum dicit* Pisceis ego credo, qui usque dum vivunt, adlavant, diu minus lavari. quam haec lavat Phronesium, *ad lavant lavari non convenit, ut T sit postremum, sed R, ut lavantur. Analogia adlavari reddit, quod Plauti aut librarii mendum fuit.* Istum locum Varronis ita emendare conatus est Acidal. Divinat. Plaut. p. 539. *Apud Plautum cum dicit,*

Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant,
Diu minus lavari, quam haec lavat Phronesium:

ad lavant lavari *non convenit, ut T sit postremum: sed R, ut* lavantur, *analogia ad* lavari *reddit: quod Plauti* etc. Cum Plautus, inquit, *lavant* praemisisset, non debuit subjungere: *lavari;* nam ad illud hoc non convenit: si autem *lavari* scripsit, analogia poscebat praemittere *lavantur.* Quod cum haud possit per versus rationem, concludit tacite, non *lavari* sed *lavare* scriptum aut scribendum fuisse: quo loco nostri tamen libri *lavere*, veteres *lavare* ipsum expresse habent, ut ista disputatione nihil opus fuerit: minime quidem opus nunc sit in loco plano et re non nimis magna.

V. 318. *amantes*] Ms. Camer. B. et edd. vett. *amatores.*

V. 321. *Mihi quoque — lavem*] H. v. vulgo Astaphio tribuunt. Et sane in vett. edd. quoque h. v. ancilla habet, ut refert Meurs. exercc.crit. P. I. p. 252., quem vide. *Ut* non est in Mss. Iidem *lave.* Vett. edd. *lavere.*

V. 322. *i intro* — 323. *Me adesse — laverit*] Meurs. l. l. in vett. edd. invenit:

Me adesse, cui properet suavium, ut satis laverit.

Mss. Cam. *tu i propere*, teste Grutero. At Pareus negat, *i* esse in Mss. Acidalius emendat:

i intro ac nuntia
Me adesse: tu i prae, et suade jam ut satis laverit.

V. 327. *Quae mille — tibi moram mora*] Mss. Camer. *Quae tibi mille passum peperit more.* Vulgo legitur:

Quae tibi mille passuum peperit morae mora.

Quae lectio recte haberet, si legeretur *passus* pro *passuum*. Acidalius et nostram lectionem proposuit, et hanc:

Quae tibi mille passuum peperit moras mora.

Palatinus alter, si recte enotavit Bothe, non habet *passuum*, sed *passum*: idque verum est. Qui est genitivus pro: *passuum*, ut in Menaechm. 1, 2, 64.

Vel mane etiam. *Par.* Mille passum commoratus cantharum.

Ed. Aldi et aliae vett. *Quod tibi mille passus peperit morae.*

V. 330. *Illuc sis vide, ut jam*] Vulgo: *illud est, vide.* Acidalius voculam *est* delevit, quam primus ediderat Camerarius. In Mss. erat: *illum student jam quasi voltürii.* Puto me verum invenisse. V. Pseudol. 4, 1, 44.

illuc sis vide:
Non prorsus, verum ex transvorso cedit, quasi cancer solet.

Adde Amphitr. in suppositis II. v. 22. Trucul, 4, 3, 35. *Vide sis facinus muliebre.* Poenul. 1, 2, 79. 145. et 3, 2, 1.

V. 332. *illi*] ita Mss. et edd. vett., non: *illic.* V. Parei lexic. crit. s. v.

V. 333. *Me nemo*] Vet. Cod. Cam. *Me nimo.* Ms. Decurt. *Me nimio.*

V. 335. *vae*] Mss. *vae, vae.* Ms. Palat. Bothii: *utrum servire salve est.* Edd. vett. *Verum servire suave est.*

V. 336. *plector*] Edd. vett. *flector.* Item Mss. et ed. Camer. Scaliger. conjecit: *flictor.*

V. 340. *Egò istos — confutaverim*] H. v. vulgo legitur post v 342. *Ut — nulla faxim* etc., ubi extra nexum sententiae est.

V. 343. *Sed aestuosas — fores*] Cam. et Gronov. *Sed est vocis sat. Sentio* etc. Sequor eximiam Bothii conjecturam. Mss. *sed est uos adsentio aperiri fores.* Vett. edd. *sed adsentio aperiri fores.* Bach. 3, 3, 67. de muliere,

At quae acerrume atque aestuose absorbet, ubi quemque attigit.

Ibidem v. 5.

Apage istas a me sorores, quae hominum sorbent sanguinem.

V. 344. *intra*] Mss. et edd. vett. *infra.*

ACTUS II. SCENA IV.

V. 345. *mordax*] Sic appellatur janua ob canem ostiarii cellae alligatum. V. Parei analectt. ad Trinum. 4, 2, 28. interpp. ad Petron. satyric. 29, 1.

V. 348. *inficetus*] Mss., non *infacetus.* Vett. edd. et ed. Bothii: *infacetus.*

V. 349. *mi Dinarche*] *mi* additum postulabat versus. Mss. Camerar. *Dini archis avivium.* Eadem Ms. B., nisi quod *avivum.*

V. 353. *Coenabis tu*] Mss. Camer. Din. *Promisi iube cenabist ubi tu luseris.*

V. 357. *Properate: auferte*] Hanc lectionem tuentur Mss.

V. 360. *soleas deme: cedo bibam*] Lips. ant. lectt. 3. p. 145. ed. *Plantin. Deme, deme soleas,* iterato verbo. Ms. A. *cedo vivam.* B. et edd. vett. *cedo vivum.* Pius: *cedo vinum.* Pareus ita enotavit: Decurtatus: *vivum.* Vet. Cod. *vivam.* Consentiunt.

V. 362. *ambulavisti*] Ms. Palat. Bothii: *ambulasti.*

V. 363. *Quom*] Mss. *Quam.* Vulgo: *Quoniam.*

V. 364. *hoc est melle dulci dulcius*] Ita vett. edd., nisi quod *at hoc.* Mss. *hoc est me illi dulci dulcius.*

V. 366. *Dan' suavium* — 369. *reparcis suaviis*] Alii aliter h. l. personarum notationem fecerunt. Olim sic erat:

Dane suavium. *Ph.* Imo vel decem. *Din.* Haud isto pauper es.
Plus pollicere tu, quam ego a te postulo.
Utinam a principio rei item parsissem meae,
Ut nunc reparcis suaviis.

Sequor Acidálium et Gronovium. Phronesium ultro, ut ad complexum, sic ad suavium invitat. Dinarcho autem non unum, sed decem parato dare, sinistram eius liberalitatem avara mulier perstringit, et egéstatem obiicit tacite, cum a suaviis non esse pauperem ait, et hinc offerre plus, quam poscatur. Ibi contra ille parsimoniam suaviorum in ipsa incusat: et ad eius exemplum optat, olim rei item suae se parsisse. — Edd. vett. *da nunc suavium*. Mss. *dant suavium*. Mss., teste Bothio: *dant suavium, immo vel decem ut em istoc pauper esse Plus pollicere quam ego a te postulo*. Edd. vett. pro: *ut em* habent *utinam*.

V. 371. *lavisti*] dissyllabum est. Similia v. ap. Schneider. gr. lat. 1, 1. p. 362. Conf. infra 3, 2, 15. 16. sqq.

V. 373. *cum quondam fuit*] *cum* non est in Mss. et edd. vett.

V. 374. *alter alteri*] *alter* abest a Mss. et vett. Ed. Paris. *cum uter nostrum sorderemus altert*. Lego cum Bothio: *alter*. Recentius editi: *cum* vers. praec. quod non habent vett. et Mss. et hoc: *unus*.

V. 375. *Sed quid ego facinus*] *Quid* Mss. et vett., teste Scioppio. Acidal. *quod*. v. me ad Trinum. v. 904. ad quam notam adde: *Quid est nomen?* legitur etiam in Pseudol. 2, 2, 41. Ibidem v. 44. *quidquid est nomen tibi*. Ibid. v. 58. *Sed quid est tibi nomen*. Ibid. 2, 4, 53. recte vulgo editum est: *sed quid nomen esse dicam ego isti servo*. Ita Mss. jubent legere, qui habent ut non *quid*, ita nec *quod*, sed *qui*. *Quod* Bothe praetulit. Ibidem 4, 2, 21.

Quid ei est homini nomen? Pers. 4, 4, 71. *Quid nomen est tibi?* ubi Bothe nulla cum auctoritate librorum *Quod* posuit. Merc. 3, 1, 18. *quod nomen tibi dicam esse?* ubi ex Mss. Palatt. reponendum est *quid.* Menaechm. 2, 2, 66. *rogant — quid ei nomen siet.* Ibid. 3, 2, 33. *responde — quaeso quid tibi nomen est.* ubi item Bothe pro lubitu: *quod.*

V. 376. *gesseris*] Acidalius: *gesti.*

V. 377. *Quid — liberis*] H. v. nunc primum accessit ex cod. Ambros Maii. Ille habet: *primum cum tuis es aucta liberis.* Ego de meo adieci *dum.* Bothe edidit:

Nam quid id est? *Din.* Primum quom tu es aucta liberis.

V. 378. *salva*] delet Acidal. conf. Gulielm. Trucul. c. 2.

V. 379. *Concedite — ostium*] Hic queque nunc primum accedit ex Ambrosiano.

V. 380. *superstes*] hic etiam ex eod. cod. nunc editur primum. At iste: *supersus.* Plautus in fragm. Artamonis ap. Festum in v. *superstites testes* p. 456, 59:

Nunc mihi licet quidvis loqui: nemo adest superstes.

Vox est e judiciis sumta. Cic. pro Muren. c. 12. in formula praetoris: *superstitibus istam viam dico: inite viam.* Adde Servium ad Virg. 3. Aen. 339. Gell. N. A. 1, 22.

V. 383. *haud nego*] Mss. *haud ego.* Sequor Gruteri conjecturam. Gronovius: *haud eram.*

V. 386. *anno*] Sic Lips. ant. lectt. 1, 3. pro eo quod vulgo legebatur: *annum.* Codd. Vaticani: *anno uno dum.* Mss. Camer. *annoum dum.* Bothe edidit: *annum.* Plaut. Amph. prol. 91. *Etiam histriones anno cum in proscenio hic Iovem invocarunt, venit.* Hinc emandandus Nonius p. 552, 17. *Hornum, ipsius anni. Lucilius libr. 28. Utrum nano an horno te abstuleris a viro. Varro Eumen. Cum in eo essem occupatus, atque in schola curarem, inscribit Scantius horno per Dionysia.* Lege: *Utrum anno* cum Lipsio. Menaechm. 1, 3, 22.

Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meae.

V, 387. *assimulare*] Mss. et edd. vett. *cui rei item assimulare.* Correxit Dousa.

V. 393. *omnia. Din.*] Mss. *omnia esse. Din.*

V. 395. *Quoniam jam*] Vet. Cod. Camer. *Quoniam non.* Both. edidit: *Quoniam nunc.*

V. 396. *praemandare*] Gulielm. Veris. p. 280. legit *pervenari* e Merc. 4, 5, 3. Speciosa conjectura, sed vera non item. Vulgatam tuentur Mss. et vett. edd., et bonum ea sensum habet. Utitur verbo etiam Cic. 5. ep. famil. 9.

V. 397. *supponatur*] Vulgo: *supponantur.* Correxit jam Acidalius.

V. 398. *faciam*] Mss. et vett. edd. Vulgo: *facimus.*

V. 399. *erga aedis habet*] Mss. *novisti nostram quem erga aedem sese habet.* Correxit Lips. ant. lectt. 1, 1.

V. 403. *Eum — prior*] Ante Acidalium fuit:

Din. O merces malae!
Ph. Eum nunc non illa peperit, quae peperit prior.
Din. Sed tu posterior. *Ph.* Ordine omnem rem tenes.

Correxit ille ex edd. vett.

V. 404. *ordine*] Hoc vocabulum primus inseruit Guliem. Veris. p. 281. et Lips. deinde e libris Vaticanis in ant. lectt. 1, 3. Legitur, quod mireris, jam in Mss. et vett. edd.

V. 408. *potest?*] Ita interpungo cum Acidalio. Vulgo hunc vers. ad proxima trahunt.

V. 412. *inveniam*] Ms. Cam. B. et edd. vett. At Ms. A. *invenio.*

V. 414 *Post id ego tecum — usque ero*] Vulgo, ut Gronovius: *Post id ego tota tecum.* Ed. Ald. erroris originem monstrat, ferendo: *Post id ego totum tecum.* Neque abeunt reliquae vett. Nescio qui factum sit, ut saepe *totum* et *tecum* confunderentur. *Totum* et *secum* confusae in Trin., ubi v. ad v. 172. *Tota* et *tute* confusae in Mostell. 1, 3, 12. ubi vulgo extat: *tota es*; at in Mss. *tute es.*

V. 415. *assiduo*] Varro 5. d. l. lat. p. 57, 56. *Frequentem operam dedistis, apud Plautum valet assiduam. itaque qui adest, assiduus.* v. Cistell. 1, 1, 7. Asin. 2, 4, 22.

V. 417. *quinto die*] v. Taubm. ad h. l.

V. 418. *Non audes*] ita Mss. v. Palmer. spicil. p. 715.

Munusculum] Ms. Camer. A. *munus civilim.* Ms. B. et vett. edd. *munus civilium.*

V. 426. *revisas*] Mss. et vett. edd. — Palat. Bothii: *revisast valeas.*

V. 428. *Sed unanimantis sociae*] Vulgo inverso ordine: *sociae unanimantis.* Possis etiam legere: *sed sociai unanimantis* vel: *sociennae.* V. me ad Trinum. v. 358. Poenul. prol. 51.

Comoediai: sin odio est, dicam tamen.

Ubi melius foret, *comoediae* legi; sed alterum consulto praetulisse videtur prologi iste auctor, ineptus archaismi consectator. Poenul. 1, 2, 62.

Quoius ego nebulai cyatho septem noctis non emam.

Ibid. 5, 2, 85.

Si quidem Antidamai quaeris adoptatitium.

Pers. 3, 3, 5. vett. habent:

Pecuniarum accipiter avide atque invide.

Vulgo: *pecuniae.* Neque aliter Mss. et multae aliae edd. vett. Lego: *pecuniai.* Merc. 4, 5, 22. vulgo extat:

Sua quidem salute ac familiae maxima.

Mss. et vett. edd. *Cum quidem salute a familiae maxima.* Lego:

Sua quidem salute ac familiai maxima.

Ibidem 5, 1, 5. lege:

Di penates meum parentum, familiai Lar pater.

V. 429. *Officium*] i. e. mos. v. Asin. 2, 2, 113. Capt. 2, 1, 13. Cistell. 4, 1, 5., ad quem locum v. Acidal. divinat. Plaut. p. 160. sq. Pseud. 1, 3, 142. 143. 4, 1, 9. Poenul. 1, 3, 18. et passim.

V. 432. *Ostendit — medullitus*] Nonius p. 562, 53. *Plautus Truculento,* Ostendisse sciam mihi medullitus infidelem nunquam dum vivam fore.

V. 433. *se viva*] Edd. vett. *dum vivat.* Mss. *ne vivat.*

V. 436. *jam domo eloco*] Vulgo: *modo ex hoc loco.* Emendavit Guilielm. Verisim. p. 281. Alibi semper Mss. habent *eloco;* hoc tamen loco: *ex hoc loco*, et *modo.* Nullae voces facilius confunduntur quam *modo* et *domo,* et tamen passim alterum pro altero ab editoribus relictum. Velut Poenul. 1, 2, 7. etiamnum legitur in edd. omnibus: *modo.* Lege:

Atque haec ut loquor, nunc domo docta dicto.

Ibid. 5, 6, 7. lege:

quia hasce domo aio liberas
Ingenuasque esse filias ambas meas.

Vulgo: *modo.* Et cum priori exemplo conf. Mercat. 2, 3, 19.

Scio, saevus quam sit, domo doctus.

Nos: *ich weiſs es aus eigener Erfahrung.* add. infr. v. 444. Denique *modo* et *domo* confusa etiam in Pseudol. 1, 1, extr.

Ostium
Lenonis crepûit . . . *Ps.* Crura mavellem modo.

Lege: *crura mavellem domo.* Nam non solum per jocum de aedibus tanquam persona loquitur Comicus, sed etiam ea ratione, quatenus per aedes familiares in aedibus habitantes intellectos vult. Velut Pseudol. 4, 1, extr.

Credo animo male est
Aedibus. *S.* Quid jam? *Ps.* Quia edepol ipsum lenonem evomunt.

Et *talos suffringere totis aedibus* perquam familiaris Nostro locutio. Mil. 2, 3, 39.

Credo hercle has sustollat aedis totas atque *hunc* in crucem.

Aedis i. e. familiares. v. Acidal. divinat. Plaut. p. 282. Et *hunc* lego pro *hinc* cum Acidalio. *Hunc* intellige: me. Quem usum et in lingua romana et graeca latissime patere, in vulgus notum. V. Trin. 1116. Pseudol. 5, 2, 14. legendum ex Mss. Palat. et edd. vett. *mulier hic facit cum tuo filio libera accubet.* Ibid. v. 16. *Onera hunc hominem atque me consequere hac.* Poenul. 5, 4. 87. *Huiusce fratris filius.* Et in hac fabula 5, 44. haec verba:

Nunc, si hanc tecum esse speras, alia opust auri mina,

Phronesio sunt tribuenda, et *hanc* est pro *me* positum. Illuc revertor. Trucul. 2, 8, 8.

Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest,
Ut ego suffringam his talos totis aedibus.

Ceterum vox *aedes* restituenda Ciceroni divin. in Caecil. c. 5. Ubi lege: *quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus*, aedibus, *delubris fuit.* Vulgo: *sedibus.*

V. 440. *facio*] Mss. Camer. edd. vett. *facto.*

ACTUS II. SCENA V.

V. 441. *date mammam*] Vett. edd. et Ms. Cam. B. — At Ms. A. *date amam mam.*

V. 442. *sollicitaeque Ex animo suo sunt, cruciantque*] *suo* additum, et *cruciant* pro *cruciantur* scriptum postulabat versus. Alterum valde frequens, velut Stich. initio. Alterum a correcteribus obliteratum versus reponendum esse clamat. Et hoc quidem loco jam reposuit Palmer. spicil. p. 702. et Mss. habent. Hac observatione explicatur locus Capt. 4, 2, 34.

Qui advehuntur quadrupedanti crucianti cantherio.

i. e. *mit einer lahmen, armseligen Mähre.* Quod etiam apud Ausonium imitatione Plauti reperitur.

V. 444. *ego primum de me domo docta dictito*] H. l. vulgo depravatus ita legitur: *ego prima de me modo dicta dictito.* Atque ita est in Mss. et vett. edd. Alii ediderunt: *ego prima de me modo ista dicta dictito.* Gronovius: *ego prima domi modo docta dictito.* Palmer. spicil. p. 717. conjecit: *ego prima domi docta dictito.* Domo doctus vel de se scire dicitur, qui ex se ipso aliquid expertus sit, neque opus habuit, ut aliunde disceret. Scias de te, discas de dictis alicuius, sciat servus de tergo suo, fias doctus de aliquo; domo doctus denique sis, sed plane non aut minus saepe: domi. Id probant exempla, quae attuli ad v. 436., tum probabo nunc aliis. Stich. 1, 1, 4. *de nostris factis noscimus.* Truçul. 4, 3, 41.

De istoc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta intellego.

supple: *de istoc* tergo. Stich. 2, 2, extr. *discam de dictis melioribus.* Poen. 1, 2, 68. *de te quidem haec didici omnia.* Pers. 4, 3, 70.

Gratiam habeo: sed te de aliis, quam alios de te suaviust Fieri doctos.

Amph. 2, 2, 7.

Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio.

Sic emendavit Muret. V. L. 10, 13. cum esset ante eum: *experior de me.* Hinc Graecis οἴκοθεν μαρτύς, qui se testis ipse indicat. Et *domo* h. l. habent Codd. Mureti, Sambuci, Camerarii, Langii. Cist. 2, 1. init. *Hanc ego de me conjecturam domi facio, ne foris quaeram.* Hic quoque *domo* malim, ut consentiat cum ceteris. Est autem sensus: meopte exemplo compertum habeo. V. Sciopp. susp. lectt. p. 148. Et rursus Cas. 2, 3, 8. lego:

Hanc ego de me conjecturam domo facio, magis quam ex auditis.

Vulgo hic quoque *domi*. At *domi haberi* recte dicuntur, quae quis propria habet, quae non necesse habet ab aliis utenda rogare. V. Mil. 2, 2, 36. ibiq. Taubm, p. 798.

V. 447. *quae hoc ausa sum, tantum dolum adgrediri*] Mss. Camer. et edd. vett. *quae hunc ausa sum tantundem dolum adgrediar*, teste Grutero. Aliae edd. *hoc*, pro *hunc*. Ms. Decurtat. teste Pareo: *adgrediri*. Vet. Cod. *adgrediari*. *Hoc* vulgo quod abest, habent edd. vett.

V. 450. *exsequare*] Edd. principes. At. Mss. Palatt. *exsequere*.

V. 455. *Nimis quam paucae*] Ms. Camer. B. et edd. vett. *nimisque paucae*. Ms. A. istum versum non habebat.

V. 457. *melius*] Mss. et edd. omnes. Lambinus: *levius*.

V. 462. *Eumque ornatum*] Camerar. edidit: *eumque gero ornatum*. Ed. Taubmanni ultima: *eumque ornata ornatum*. Gronov. quod edidit, ita intelligendum, ut conj. *ut* non sit, sed particula comparandi, quod adnotavit Acidalius. Sed Mss. nihil nisi *eumque ornatum* habent. Edd. principes: *cumque ornatu ut gravida*.

V. 463. *venerem*] ita correxit G. Canter. N. L. 6, 24. Mss. Camerar. *benerem*. Edd. vett. *venerer*.

V. 465. *adjuta*] Gronov. et Gruter. *adjutare sic* etc. Mss. et edd. vett. *accede, adjutare sic decet*.

V. 466. *Soleas deme: pallium iniice in me huc*] V. Barth. adv. 32, 11. Acidalius sic legit, sic disponit:

Soleas mihi dato: pallium iniice in me huc, Archilis,
Face ut accumbam: accede: adiuta: sic decet puerperam.
Ubi es, Astaphium?

Prius, ait, quae in aram, poscit mulier: deinde sibi soleas, deinde pallium: tum adjutari capit, ut commode accumbat ad aram: mox quae prius oblita, verbenam et reliqua petit: denique aquam manibus,

ut sacrum ipsum jam suum orsura. Mss. *duce*, non *deme*.

V. 468. *nunc ecastor veniat militem velim*] sic scribo ex conjectura, collatis multis aliis locis, in quibus haec attractio. Mss. Camer. *ecastorum veniret*. V. ad v. 310.

ACTUS II. SCENA VI.

V. 470. *duelli*] Ante Palmer. spicil. p. 702. *duellis*. Id enim habent Mss. Camer.

V. 472. *Et Homeri Atridam et post illum mille memorari potest*] Gronov. commentum Pistoris recepit. Conf. Heinsius ad Ovid. 3. ep. ex Pont. 4, 84. Camerar. edidit:

Et Homeronidam et postilla mille memorari potest.

Mss. eius: *Et Homeronidam et postillam illi memorari potest*. Itidem edd. vett. Homeronida non potest appellari, nisi Homeri imitator. Qui autem hic locus poetae, ubi de militibus, militumque ducibus gloriosis poeta loquitur. Scripsi ex conjectura mea: ET HOMERIATRIDAM, quod facile depravari potuit in HOMERONIDAM. Constructio passivi infin. cum accus. similis legitur in Poenul. 5, 6, 26.

Trecentos numos Philippos, credo, conradi potest.

V. 474. *quoi credit*] Mss. *cui plus credit*. Edd. *qui plus credit*.

V. 475. *qui audiunt, quam qui vident*] Edd. vett. *quae audiunt, quam quae vident*. At *qui* ubique hoc loco legit, Acidal. ex illo versu:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem,

ex quo ubique scribendum: *qui audit, qui videt, qui audiunt, qui vident*. Idem legit: *quem illi plus laudant*, ut paulo post vulgo etiam legitur: *non placet, quem scurrae laudant*.

V. 476. *Pluris — decem*] Citat h. l. Festus p. 1374, 28. *Gothofr. Unus* non habent Mss. Camerar.

V. 479. *praestringit*] Mss. et vett. edd. Ibidem *gladiorum* Mss. Alii aliter ediderunt.

V. 481. *argutam*] Ante Acidal. *arguta*. V. Turn. adv. 24, 17. De praeficis solenniter id verbum Plautus usurpat, velut fragmento Frivolariae, ap. Nonium v. *praeficae:*

Superaboque omnis argutando praeficas.

V. 482. *sine — praefica*] Citat h. v. Varro p. 54, 41. *Gothofr.*

V. 483. *sese*] Gronovius: *se*. Alii: *quae alios collaudare absentes, sese vero non potest*. Mss. Cam. vel: *quae alios collaudate apsa severo*, vel *collaudate abse se vero*. Edd. *collaudat eapse se* vel: *eabse se* vel *ea se*, teste Grutero. Mss. Camer. *collaudare apsa, seu vero non potest*, teste Scioppio susp. lectt. p. 204. At Pareus ait, in Mss. esse: *collaudat*, non *collaudate*. Idque verum, si *e* demas de verbo et trahas ad pronomen. Ita plerumque Gruter. et Pareus de lana caprina litigant.

V. 484. *Nunc ad* — 485. *agat*] Citat hos verss. Nonius p. 741, 42. Is habet *Nam* pro *Nunc*.

V. 486. *Vide — Phronesium*] Acidalius:

Vide, quis loquitur tam propinque. *Ast.* Miles, mea Phronesium.

Mss. *et quis loquitur*.

V. 487. *ut te assimules*] Ita Ms. Palat. Bothii. Vulgo: *utut te assimules*.

V. 488. *Tace. Quid ad hoc* — V. 489. *Vincere est*] Haec verba reposuit Lipsius ant. lectt. 1, 3., qui locum supplevit e libris Vaticanis, qui ita ferebant: *Cui adhuc ego tu malam eam emovet ruri a me matitio vincere est*. Unde Lipsius effinxit:

Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis? an me malefficio vincere est?

sed etiam in Mss. Camerar. haec verba sunt: Ms. Palat. A: *qui adhuc ego tu mala me amemonet ruria me malificio vincer est*. Ms. Palat. B. *Cui adhuc ego tumala meam emonet ruri a me mafficio*

vincerest. Ed. princeps: *Cui adhuc ego tu malam emonet ruri a me maficio vincerest.* Ed. Camerar. h. v. non habet. Ed. Aldi: *Quoi adhuc ego tu malam emonet ruri a me maficio vincere'st.* Ed. Basil. Meursii:

Quoi adhuc ego tu malam emones rustica me maleficio vincerest.

Editio Taubm. et Gronov.:

Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis? an me maleficio vincere est?

Ed. Bothii:

Quid ad hoc egeo te, malum, admonitrice? an vincere me est maleficio?

Quanquam, ablativo posito vocabuli: *ammonitrix*, legere possis:

Quid ad hoc egeo te, malum, ammonitrice? an me vincere malitia est?

id tamen prohibent libri, qui omnes aut *tui ammonitricis* habent, aut ita legendum esse, vestigiis suis indigitant. Equidem verba *vincere est* initio versus sq. posui, ratus, post illa aliquid deesse. Quod si minus probetur, sane ut adscripsi verba uno versu complectenda sunt.

V. 490. *Peperit — Ita volo*] In vett. edd. est: *Repperit mulier, ut ego opinor, uina dea aut hominem ut volo.* Mss. *Vina dea aut hominem ut volo.* Palat. Bothii: *uina dea aut hominem ut volo.*

V. 492. *Venire salvom*] Ed. Ald. ex interpolatione: *Venire salvom gaudeo.* Hoc postremum neque Mss., neque vett. agnoscunt. *Venisse* disyllabum, ut *venustatem* trisyllabum infra 4, 2, 5.

V. 494. *Quin'*] Vulgo: *Quin.* Correxit Acidal. Vulgo: *iam machaeram.* Sed *iam* non est in Mss. et vett. edd.

V. 495. *Meus est — Papae*] Haec est vera dispositio personarum, quam dedi. Nam miles puerum

nondum viderat, ut intelligitur e vers. hui. scenae 31 et sqq., ut militis verba non possint esse haec: *nimium similis est.* Vulgo etiam legunt: *nimium quidem similis est.*

V. 496. *Magnust? iam electat legionem, quam spoliare velit*] Vulgo: *Jam magnus est? jamne electat legionem* etc. Electare legionem dictum est, ut electare praedam in Asin. 2, 2, 29.

Quae illaec praeda est? ibo advorsum, atque electabo, quidquid est.

Idem vocabuli in Merc. 1, 2. extr.

quia ego ea huc praecucurri gratia,
Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret.

Ed. Paris. *Jam majus est? Jamne lectat legionem?* Mediolan. et Parmens. *Jam manust.* Venet. et Argentor. *Jam immanist.* Omnes edd. *lectat* ante Gruter. Mss. *Jam magnus est — lectat — legionem qs* (sic, linea per *q* ducta infra) *poliaret.*

V. 501. *quae me hic reliquit, et abs me destitit*] Vulgo, ut apud Gronovium: *quae me hic reliquit atque abstitit.* Acidalius: *Atque a me abstitit.* Vett. et Mss. *reliquit ab se abisti*, nisi quod Ms. A. *eabse.* Ego recepi *destitit.* Confer Menaechm. 5, 2, 27.

Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?

Sed cum ibidem v. 59. sic scriptum sit:

Quid tu tristis es? quid illam autem iratus abs te destituis?

suspicio exoritur, propius ab vestigiis Mssorum abesse lectionem, et veriorem eandem:

Ubi illa obsecro est, quae me hic reliquit, et abs se destituit?

Choriambus in exitu versus iambici et trochaici non rarus. V. Osann. anall. crit. p. 134. sq.

V. 503. *Nerienem*] A. Gellius N. A. 13, 22. *Plautus autem in Truculento conjugem esse Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu:*

Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.

ubi v. plura de hoc nomine.

V. 505. *peperisti decus*] Vulgo: *dedisti decus.* Mss. *deristi decus.*

V. 507. *doloris*] Acidal. addit: *mihi*, sed haec vox non est in Mss. Conf. Epid. 4, 1, 30.

V. 511. *opust tritici granariis*] in transponendis his vocibus secutus sum Bothium.

V. 513. *Suavium sis pete*] Pal. Both. *Suavium sispete hinc abnequeo caput.*

V. 519. *sed reginae* — 520. *Suae fuerunt ambae*] in hoc loco edendo secutus sum Bothium.

V. 521. *Poenitetne te, quot ancillae* — 530. — *Ecquid amas me?*] H. l. Camerar. ita edidit:

Iis te dono: poenitetne te quod ancillas jam?
Ph. Quin etiamne insuper adducas, quae mihi comedint cibum.
St. Hoc quidem hercle si ingratum est donum, cedo tu mihi istam puere
Hem, mea voluptas, attuli eccam pallulam ex tibi
Tene tibi. *Ph.* Hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?
St. Perii hercle, jam mihi auro contra constat filius,
* Etiamnum me vilipendit? addit purpuram exarat tibi
Attuli * Ponto amoenas, tene tibi, voluptas mea.
Accipe huc adduce hasce * in conspectum Suras.
Ecquid amas me etc. etc.

Editio Aldi ita habet:

His te dono, poenitetne te quod ancillae sunt?
Ph. Jam quin etiam superducas, quae mihi comedant cibum.
St. Hoc quidem
Hercle si ingratust donum, cedo tu mihi istam puere pallulam ex pari gratia tibi, tene tibi.
Ph. Hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari? *St.* Perii miser.
Jam auro constat filius, etiamnum nihili pendit, addit purpuram
Exorat, tibi attuli duas ponto amoenas, tene tibi, voluptas mea.
Accipe hoc, abduce hasce, in conspectus vostros. *Ph.* Equidem has
Ecastor nihil moror. *St.* Nihilne huic sat est etc.

V. 521. *poenitetne te, quot ancillae sunt iam*] Ms. Camerar. B. *ancillast jam*. Ms. Pal. A. *ancilla siam*. Guilielm. duplicem de h. l. conjecturam proponit, alteram Veris. p. 281.

Iis te dono. *Ph.* poenitetne te, quod ancillas olas alam,
Ni insuper etiam adducas, quae mihi comedint cibum?

alteram Trucul. c. 2.

Iis te dono. *Ph.* poenitetne te, quot ancillae sunt jam?
Quine etiam nunc insuper adducas quae mihi comedint cibum?

Sensus verborum a me receptorum hic est: paucaene tibi videntur ancillae, quas habeo jam? Ea vis verbi: *poenitet*. V. Bentl. ad Ter. Heant. 1, 1, 20. Donatus autem his Plautinis ait simillima Terentii Eunuch. 5, 6, 12.

An poenitebat flagiti, te auctore quod fecisset
Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?

ubi Plauti verba grammaticus adscripsit sic, ut edidit Camerar.

V. 522. *Quin' etiam insuper adducas*] Mss. Cam. *super adducas*. Vett. *super ducas*. Teste Pareo Mss. Camer. *quine etiam men super adducas*. Palat. Ms. Bothii: *quin etiammen super adducas*.

V. 523. *puere, perulam* — 524. — *pallam ex Graecia tibi*] Mss. *puere perviam*. Edd. vett. *puere pallulam*. Recepi Gruteri emendationem, quae pene eadem est, quae scriptorum lectio. Gronovius recepit emendationem Palmerii spicil. p. 705. Mss. vel *ex pari gra tibi*, vel *ex pari gra tibi*, ducta super *gra* lineola. Bothe conjecit: *ex Panchaia tibi*, quasi in illis terris pallarum patria fuisset. Imo palla ut usu, ita ornatu Graeca. Nescio tamen, unde illud *pari* ortum sit, quo et versus turbatur, nec habeas, quid hoc quidem loco facias.

V. 526. *Perii hercle miser*] ita Mss. et edd. vett.

V. 527. *nihili pendit* — *ex Sara*] Vett. edd. *nihili pendit*. Mss. *mali pendit*. *Ex Sara* emendatio

est luculenta Palmerii spicil. p. 704. *Sara* autem est Tyrus. Verrius Flaccus p. 199, 13. *Sarra autem dicebatur, quae nunc Epiros dicitur.* Festus p. 424, 40. *Sarra, Tyros insula.*

V. 528. *et duas Ponto* — 529 — *Suras*] Gronovius Palmerii emendationes recepit, quas vel metrum refellit. Palat. Ms. Bothii: *attulituas ponto amoenas.* Equidem et interpunctionem mutavi, et ex *amoenas*, quod epitheton non habet, quo pertineat, ex conjectura feci *Amazonas*, quo induxit sponte sua Ponti commemoratio; iteravi denique verbum illud, quod semel tantum in omnibus libris reperitur, *abduce* autem modo, modo *adduce* scriptum est; eoque traxi adverbium *hoc* i. e. huc. Nam semper in Mss. Palatt. scriptum est *hoc*, *illoc*, *isthoc* pro *huc*, *illuc*, *isthuc*. Jubet Miles Suras, ut quae displicerent fastidiosae mulieri, abduci; adduci autem Amazonas, quas puta ridiculi causa, et cum irrisione militaris liberalitatis in jocularem modum exornatas huc inductas esse. Mss. et vett. edd. *Accipe hoc*, quod recte habet, modo *hoc*, post verbum illud interpungens, ad sequentia trahas, ad verbum: *adduce*. Deinde Mss. Palatt. semel hoc verbum habent, per *b* scriptum i. e. *abduce*. Ms. Palat. A. *ince conspectu suras*. Etiam Ms. B. *ince conspectu*. Duas ancillas a milite meritrici dono relictas esse, quamvis abductis Syris, patet infra ex sc. 8. v. 3.

St. Quid mihi futurumst, cui duae ancillae dolent,
Quibus te donavi?

V. 530. *Ecquid amas me — sat est*] Edd. Camerar. Gron. Lamb. Roth. et aliae habent, quod ipse edidi. At ed. Aldi mirum in modum discrepat:

Equidem has ecastor nihil moror. *St.* Nihilne huic sat est?

Mss. et editio Parei, qui anxie vel corrupta aperte ex Mssis exprimenda curavit:

Equidem has nihil ecastor: neque meres. nihilne huic sat est?

Quod si de auctoritate lectionis Aldinae constaret, sic equidem legerem:

Equidem Amazonas has ecastor nil moror. St. Nilne huic sat est?

V. 531. *Ne mihi verbum — dixit*] Palat. Ms. Bothii: *ne unum verbum quidem num dixit.*

V. 532. *quae ei dono dedi*] Mss. et vett. Alii aliter.

V. 535. *nox*] Vulgo: *mox*. Dixi de his voculis ad Trinum. v. 865. Sequor h. l. Palmer. spicil. p. 626. Eadem vocularum confusio facta est in Mercat. 4, 4, 41.

Haec vasa aut mox aut cras jubebo abs te peti.

Lege: *nox* i. e. *noch diesen Abend*, *oder morgen*. — Verba *ad te* non sunt in Palat. Bothii.

ACTUS II. SCENA VII.

V. 539. *Ite ite — damnigeruli*] Quae vulgo post haec sequuntur verba: *foras gerones* nihil sunt nisi interpretamentum sequentis inde vocabuli: *exagogae*, id quod metro proditur. Seclusi. Antiquissima lectio h. l. est, quam Palmer. spicil. p. 726. citat:

Ite hac simul mulieri damnigeruli, forasgerones.

ubi dativus *mulieri* pendet a *damnigeruli*, quia in gratiam mulieris damnum heri geritur. Acidalius igitur non habebat, cur vulgatam mutaret in *muneridamnigeruli*, collatis *munerigerulis* ex Pseudolo. Sciopp. susp. lectt. p. 19. sic tentavit:

Ite, ite hac simul heri damnigeruli, foras gerones.

Mss. Camer. *simul muliere idamnigeruli*. Edd. vett. *mulieri damnigeruli*. Taceo aliorum tentamina.

V. 540. *Bonorum exagogae*] Lips. ant. lectt. 5, 21. e libris suis protulit hanc lectionem; sic autem jam vett. edd. exhibuerant. Mss. Camer. *macagoce* et *axagoce*. (Sic e Palat. suo Bothe enotavit.)

Satinne, qui amant — 541. *sint* — *exspolient*] Vulgo: *satinne, qui amat* — *sit* — *expoliat.* Mss. et vett. *satin' se quis amat.* V. Palmer. spicil. l. l. Deinde Ms. Camerar. B. et edd. vett. *expoliat.* Alii: *expoliet.* In Ms. Cam. A. non est hoc verbum.

V. 542. *domi est*] V. Palmer. l. l. et Lips. ant. lectt. 5, 21., qui legit ita:

Qui bona sua pro stercore habet, foras jubet ferri, metuit Publicos, mundissimust.

Ludens ait amatorem metuere Aediles, quibus cura viarum et publicae munditiei erat, ideoque mundissimum suis in rebus esse. Sed enim Mss. servant: *mundissimum sit.*

V. 545. *perditum se it*] Mss. *perditum sit,* vel *perditum fit*, ut habet Palat. Bothii.

V. 547. *Unquam hilo minus*] Vulgo: *unquam nihilominus.* Palat. Bothii: *unquam nihili omnibus.*

V. 549. *Herculaneam*] Mss. et edd. omnes. Camerarius tamen edit: *Herculanam.* V. Turneb. 24, 17. Beroald. app. annotationum in var. script. c. 11. in Gruter. Thesaur. t. 1. p. 319. Pars Herculanea est decima; nam veteres Herculi decimas dicarunt.

V. 553. *Fieri*] Mss. *Si fieri.* Unde Pareus: *Sic fieri.*

V. 554. *esse reor*] *esse* non est in Mss., teste Pareo. Citat h. l. Festus p. 489, 50. *Plautus Truculento:* Haec cum video fieri, suffuror, suppilo: de praeda praedam capio.

V. 555. *at hoc saltem servat mare*] Scaliger. e vestigiis cod. sui Ms. *at hoc saltem servatum tibi aestuat: eccum apparet.* V. Palmer spicil. p. 708. Lips. ant. lectt. l. l. ex Cod. Vatic. enotavit: *saltem servat mecum illi subest apparet.* Ipse emendavit: *at hoc saltem servat mare: quod illi subest, apparet: huic des* etc. Acidalius haec citat: *at hoc saltem servatu bi est va mecum apparet.* Ipse ita scribendum esse conjecit:

At hoc saltem interest: nam illi aestuanti eiectum apparet.] Mss. Pall. *Servat mecum illi subeste apparet des quantum.*

V. 557. *acceptricae*] Vett. edd. et Mss. Vulgo: *acceptrici.* Veteres: *Senex* et *Seneca*, *Choenix* et *Choenica*, *Phalanx* et *Phalanga.* Meursius.

V. 558. *intulit*] Mss. — Lipsius ant. lectt. 5., 21. conjecit: *impulit.*

V. 561. *salvere*] Mss. Cam. et Vaticani. V. Lips. l. l. Vulgo: *Valere.*

V. 565. *orare*] Vulgo *operare*, quemadmodum habent Mss. et vett. edd. Palmer. spicil. p. 708. conjecit: *opere orare.* Sed id metrum non admittit. Ibidem *tantum amo* Mss. et edd.

V. 566. *Grata — Cyame*] Ed. Camerar. et Lambini:

Grata acceptaque ecastor habeo, iube auferri: intro i,
Cyame.

Editio Aldi:

Grata ecastor habeo, iube auferri intro haec ad me.

Acidalius:

Grata acceptaque ecastor habeo: iube ferri intro. *Get.* I,
Cyame.
Ph. Ecquid auditis etc.

Personas aliter disposuit, quia infra 4, 1, 4. Cyamum Dinarchus suum servum compellet. Sed ibi legendum: *Geta meus* pro quibus vett. edd. habent: *Chyamus.* Ms. Cam. A. *grata acaque.* Neque in Ms. B., neque in edd. vett. illud *acaque* apparet. Palat. Bothii: *grataque ecastor.*

V. 567. *Lauta*] Vulgo: *vasa.* In Mss., teste Pareo, est: *hecquid auditis heque tam imperat suasa nolo auferant;* itemque Ms. Decurt. sic habet, nisi quod *haec quid* pro: *hecquid.* Gronovii ed. et omnes ante illum idem habent.

V. 568. *Desiccari lubet*] Mss. et edd. *Desiccari jubet.* Ed. Paris. *jube.* Sensus eorum, quae edidi, hic est: Nolo, servi tui lauta haec auferant; desiccantor. His dictis Geta, per ludibrium turbas dans,

arreptis vasis vinum hausisse, et dum properat, ne illi prohiberent, hinc illinc aliquid profudisse putandus est. Hinc jurgium, sed incrudescente Geta mox leniora Phronesii verba. Acidalius: *Defricari jube*. Frictio, ait, genuum adhibita in blandiore et humiliore supplicatione, quam sibi quoque servus hic fieri postulat, ut ille aeque servus nequam Asin. ab ipsomet hero suo requirebat, et impetrabat 3, 3, 80., ubi ita lego:

Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur.
Arg. Quidvis egestas imperat: fricentur: da nunc, oro.

Vulgo: *da nunc, quod oro*. At diversa horum locorum ratio est. Nam in hac fabula servus munera ab hero amicae missa tradit; ni tradat, vapulat: certe ut se supplices mulieres rogent, non poscet, ubi, quae herus mandavit, tantum exsequenda sunt. At in Asinar. servus pecuniam periculo tergi sui conquaesitam hero et tradere et recusare potest. Itaque per iocum magis, quam herum ludibrio habens, genua sibi confricari jubet. Accedit quod ita, non *defricari* genua dicuntur. Quare retineo lectionem Mssorum.

Impudens] Vett edd. *Phr. Impudens es, mecastor: quantum est negotii?* Acidalius:

Phr. Impudens es, mecastor, *Get.* Quid est negotii? tun' bona fide

Tun' ais impudentem etc. etc.

Similis indignantis formula: *quae res?* V. Acidal. ad Pers. in divin. Pláut. p. 415. sq. ad Poenul. ibid. p. 398. sq. Mss. Camer. *Immo pudet me castor cuam est egori.*

V. 572. *Erga — maximum*] V. Palmer. spicil. p. 717. Sed is hic steriles avenas suggerit. Mss. Camer. et ed. Gruteri:

Ergo meumque honorem illum habere omnium maximum.

Vett. edd. et in illis Aldus:

Erga eumque honorem, eumque habere omnium maximum.

Camerar. edidit:

* Unique honorem illi me habere omnium maximum.

Causa corruptelae erat similitudo vocabulorum *hominum* et *omnium*, qualis est in Mssis. Librarii cum alterum tantum posuissent, versus mutilatus, obscuratus sensus est.

V. 573. *Utque — Licet*] Edd. vett. *obsecrare*. Mss. Camer. *obsecrat*. Ed. Cam. *obsecra. Ylicet*. Hoc postremum vocabulum etiam Mss. et edd. vett. habent. Sequor Acidalium. Nihil frequentius formula ista obsequiuum promittentium: *Licet*. V. Rud. 4, 6, 8. sqq.

V. 574. *Tristis est miser*] Camer. et Gron.

Qui ipsus se comest, tristis, oculis malis? animo hercle homo suo est miser.

Et sane Mss. Cam. agnoscunt verba: *tristis, oculis malis*. Aldus:

Qui ipsus secum est tristis, animo hercle homost suo miser.

V. 575. *Quid id est?*] Gronov. et Mss. *Quid est?* Gruter. *Ecquid est?* At teste Bothio Mss. habent: *nequid est*.

V. 576. *Qui illic apud me erat* — 577. *Novi hominem nihili*] Gronovius ita locum edidit:

Qui illic apud me erat, huius pater pueri illic est. usque ad jentaculum
Jussit ali. mansi, auscultavi, observavi. *Get.* Quem pernam,
Novi hominem nihili.

Primus ego posui personam militis ante illa: *mansi, auscultavi, observavi*. Primus Brantius, legens vestigia Mssorum Camer. scripsit: *abjectaculum*. Illi enim habent, alter quidem A. *usque ad ectaculum*; alter vero B. *usque ad jectaculum*. Palat. Bothii: *huius pater usque ad jectaculum*. In Cod. B. non leguntur verba: *pueri illic est*. Ne in vett. quidem edd. ea verba sunt. At verba: *mansi — observavi* in scriptis et edd. omnibus. Pro *ali* Mss. offerunt *alii*.

V. Palmer. spicil. p. 715. Deinde, ut vulgo, in Mss. legitur: *quem pernum*, *Novi* etc. Itidemque edd. vett. habent. Scripsi: *hem, perviamst.* Neque secus legendum est in Pseudol. 2, 4, 70. e vet. cod., quo usus Meursius est:

Nunc liquet, nunc defaecatumst: cor mihi nunc perviamst.

Vulgo: *pervium est.* Sic *obviam est*, pro: *obvium est.* Conf. Aulul. 3, 2, 24.

V. 579. *suspiritum*] Ed. Ald. *suspiritium.* Mss. *suspensum.* Scripsi *suspiritum* pro *suspirium* ad ductum veterum edd., ut legitur etiam in Mercat. 1, 2, 4. Cistell. 1, 1, 58. quanquam enim h. l. *suspirium* editum a Gronovio; tamen ed. princeps, Codd. Mss. Palatt. Cod. Ms. Cam. ac Frising. alterum habent, neque est tot librorum auctoritas reiicienda.

V. 580. *num — nam*] Tmesis est, pro *numnam.* V. Bentl. ad Ter. Eun. 3, 1, 38. Ceterum non profert h. v. Priscian. p. 886. *Putsch.*, sed tantum *Ico*, ait, *penultima brevi profertur in praesenti, teste Capro sed producit eam in praeterito perfecto, et mutat o finalem in i, ico ici: unde ictus. . . . . Lucretius tamen etiam in praesenti producit penultimam: exhinc corpus propellit et ioit.* v. Turneb. adv. 24, 17.

V. 583. *istuccine mihi responsas*] Mss. Camerar. *istuc nec mihi responsis*, teste Pareo.

V. 586. *tantilli doni*] Mss. Camer. *pentilli*, vel *pertilli.* Hinc Bothe edidit: *putilli doni.*

V. 587. *tympanotribam*] v. Turneb. adv. 17, 17. H. l. Gronov. ita edidit: *Amas hominem.* Omittit: *est.* Et *meone hero tu — fons vitii et perjurii.* Citant h. l. Verr. Flaccus p. 129, 14. *Plautus. . . in Truculento;* Amas hominem non nauci. Festus p. 329, 19. Priscian. p. 682. *Plautus in Truculento:* Tympanotribam amas, hominem non nauci.

V. 588. *quae haec res est?*] v. quae adnotavi

ad v. 568. Edd. Venet. Argent. Sarracen. *quae haec res?* Mss. Cam. et aliae edd. *quae hercles.*

V. 590. *conficiam*] Vulgo: *offutiam.* Correxit Lipsius ant. lectt. 5, 21. Mss. et edd. *officiam.* Idem libri *affatim.*

V. 592. *Ares*] Vulgo: *cluo.* Vett. edd. *ave.* Alii: *aves.* Mss. Camer. et plerique vett. libri: *Si tu ad legionem bellator civis, at ego in culina aves si equom.* Nisi quod Mss. Cam. hic quoque: *cive si equom.* Mss. Vaticani Lipsii: *aue* pro *cive.* Sed Cod. Roverian. *ares.* Etiam Bothe e Palat. suo enotavit: *civis,* pro *clues* et *cive,* pro *Ares.* v. Lips. ant. lectt. 5, 21.

V. 593. *adventores*] Vulgo: *advectores.* Emendavit Palmer spicil. p. 706. Mss. Cam. *adventores meos incuses.* Edd. vett. *adventores meos non incuses.* Sciopp. susp. lectt. p. 204. *non* etiam in Mss. esse refert. Conf. Taubm. ad h. l. At *incuses* non quadrat in h. l. Recepi *incurses,* emendationem Palmerii.

V. 596. *odio es*] Mss. Camer. *quid nunc ergo huic odio es confess. omnibus reus,* teste Scioppio l. l. p. 205., nisi quod alter Ms. habebat: *huic odiose es.* Teste Grutero Mss. Camer. *confessus omnibus teus.* Ed. Paris. *confessus omnibus te diis.* Meursius ita citat: *Quid nunc ergo huic odio es** *busteus.* Sciopp. legi vult: *confessis omnibus reus;* hac sententia: Vides te omnibus testibus confessis reum esse. Tu dicis te periisse, et ego autem dico, et hic Geta idem dicit. (Sciopp. enim h. v. Phronesio tribuit.) Quare quid huic molestus esse pergis? Praefert tamen lectionem alterius Msi.: *huic, odiose, es,* sic tamen ut *hic* legatur, i. e. quid hic manes, qui omnibus odiosus sive exosus es? Sed *odium* et *odiosus* saepius jam confusa in hac fabula vidimus. Praetuli lectionem alterius Ms., in quo *odio* est.

V. 598. *offatim*] Ms. Cam. A. At Ms. B. hic quoque: *affatim.* Id vett. quoque edd. habent. Verr.

Flacc. p. 271, 18. *Concipilavisti dictum a Naevio pro corripuisti et involasti.*

V. 603. *niceris*] Mss. Camer. et vett. edd. pleraeque: *viceris* V. Palmer. spicil. p. 706. v. Addend.

V. 605. *mane*] Gronov. et omnes ante me editores, verbis temere repetitis: *fac quod jussi, mane. iam ego te hic offatim conficiam. Occidi! optimum est.*

V. 606. *optimumst occedi*] Sic emendavi h. l., sede verborum mutari iussa, et posito: *occedi* pro: *occidi.* V. me ad Trin. v. 1140. Apud Festum p. 344, 20. legitur: *Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus, cum plurimae aliae praepositiones familiariores huic verbo sint.* et rursus: *Occidamus Plautus posuit pro contra cedamus.* Utroque loco lege: *Occedamus* et h. l. Plauti: *Occedi,* pro *occidi.* Idem vitii etiamnum in Verrii Flacci p. 136, 54. *Gothofr.* — Mss. Camerar. *occidit.* Fugit corruptus Festi locus acumen Lipsii electt. 1, 21.

V. 607. *verum sed*] Vulgo: *sed verum.* Versus alterum postulat. *Sed* postponi, non rarum. V. infra 4, 3, 57. Palmer. l. l. male ponit *veru.* Mss. quoque Cam. *verum.* Vulgari ordine verba haec adscripsit Bentlei ad Ter. Hecyr. 5,1, 18.

V. 608. *Me sine dum*] Versus causa addidi: *me.* Nec *belligerandum* secunda producta scio satis, an recte habeat. Ceterum in Most. 5, 2, 22. similiter: *Sine me dum istuc judicare.* Ibidem v. 23. *enim istaec captio est.*

ACTUS II. SCENA VIII.

V. 611. *Date soleas*] Edd. vett. *date jam soleas.* Mss. Camer. *datin soleas.* Edd. mediae aetatis: *date soleas.* V. Turneb. adv. 24, 17.

V. 612. *de vento*] Ambiguum. Nam ventus etiam, qui venit. V. Cistell. 1, 1, 15.

V. 614. *abisti*] ita Palat. Ms. Both. Vulgo: *abiisti.*

V. 615. *excludis? quaeso, potine planius*]

Vulgo: *excludis, quaeso?* Correxit Acidalius. Mss. Camer. *excludis quam eso potius planius.* Edd. Mediol. Parm. Sarrac. *excludis quaeso esopitius.* Edd. Paris. Argentor. *excludis quaeso ex hospitio planius.* — *Quo pacto* est, cur. v. Sophocl. Oed. T. v. 10.

V. 619. *Num quidquam aliarum mutat*] Vulgo: *num quidpiam avarum mutat mores mulierum.* Vaticani Lips. ant. lectt. 5, 21. *avarum ut ad mores.* Mss. Camer. et vett. edd. cum Vaticanis consentiunt, nisi quod Mss. Cam. habent *at*, pro *ad.* Secutus sum Acidalium. Sententia quidem est, nihil illam demutare a moribus sexus sui, nec facere quidquam praeter meretricium morem; postquam filium pepererit, animos sustollere. *Quidquam* legendum esse, ratio grammatica docet. V. ad Trin. v. 243.

V. 621. *nec veto*] Mss. et vett. edd. *neque volo.* Volebat librarius: *neque voto* i. e. neque veto.

V. 624. *Verbum*] i. e. verborum. v. Acidal. divinat. Plaut. p. 209.

ACTUS III. SCENA. I.

V. 626. *bubus*] Mss. et edd. Fuit, qui legeret: *subus.* Sed enim etiam bubus veteres glandes pabulo dabant. Cat. d. R. R. c. 54. 60. Columell. 6, 3. 11, 2.

V. 627. *Post — quam — Sic Dis placet*] Tmesis, pro *postquam.* Vulgo: *si dis placet.* Mss., ut solent, *illoc* et *advenis id eis placet.*

V. 633. *ille abit: ego properam minas*] Vulgo: *perperaminas.* Gronovius: *perperas minas.* Ms. Camer. B. *per peraminas* Ms. A. neque habet haec verba, neque sequentia, Gruteri verba sunt. Sed quae illa sequentia sint, non dicit. At ex Parei enotatione patet, verba *perperas minas*, quae vulgo leguntur, non esse in Vet. Cod. Edd. principes: *per-*

pere. Mediol. et Sarracen. scilicet. Aliae edd., velut Juntina: *propere*, quod praeferunt Muret. V. L. 9, 15. et Dousa Centur. Plaut. 3, 19. Idem Meursius invenit in vett. suis edd. Recte ad sensum, sed mutata forma vocabuli legendum: *properam*, quae forma quodammodo depravatis ductibus Mssorum exprimitur. Festus p. 382, 49. *Properam, pro celeri, ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato, cum ait in libro de re militari: Tertia e castris eductio celeris, properaque est*, et rursus: *Properam, celerem strenuamque significat*. Conf. p. 156, 32. Sed *properam* etiam adverbii loco apud antiquos fuisse videtur, similis ad formam adverbio *perperam*. Minae oves sunt glabrae appellatae; hoc autem loco sunt minae, pro ovibus datae: *blanke Minen*. Ut boves, asini per jocum dicuntur in crumena esse pro minis, quae in pretium datae sunt pro bobus, asinis. v. Turneb. Adv. 29, 23. Muret. l. l. Plaut. Asin. 3, 2. extr.

Nimis vellem habere perticam. *Le.* Quoi re? *Li.* Qui verberarem
Asinos, si forte occoeperint clamare hinc ex crumena.

V. 635. *Fuit. Mars — patri*] similis jocus in Poenul. 3, 3, 31.

Hunc chlamydatum quem vides,
Ei Mars iratust. *Coll.* Capiti vostro istuc quidem.
Adv. Hunc nunc, Lyce, ad te diripiendum adducimus.

Oves patris, cui Mars iratus est (Marti lupi sacri sunt) haud longe abesse a lupis cum dicit, minas pro ovibus datas dicit haud longe abesse a meretricibus. v. Muret. V. L. l. l.

V. 637. *amasios*] Edd. vett. At Mss. Palatini A. *amaspos*. Ms. B. *amas*..... Citat h. l. Diomedes grammaticus p. 334. *Putsch. Item ab amo veteres inchoativo modo dixerunt, amasco. Unde et amasios amatores dicebant, ut Plautus* in *Truculento:* Mundulos istos amasios. Ista verba Sciopp. susp.

lectt. p. 205. ex vet. cod. primus ita scripsit: *Unde et amasios amatores dicebant, ut Plaut. in Tr.* etc. cum ante eum ita legeretur: *Unde et amascos amatores dicebant, ut Plautus in Tr. iucundos amascos.* Idem ex eod. cod. his verbis addit haec: *Naevius: Nunc primum amasco. Est praeterea Hio, hias* etc.

V. 638. *exponam*] Conf. Casin. 4, 4, 27.

Quid negoti est? *Ol.* Obsecro, ut valentula est!
Paene exposivit cubito.

Est autem, loco movere, de gradu dejicere, et a luctantibus translatum.

V. 640. *efferam*] Mss. et edd. — Acidal. *feram.*

V. 643. *Quid istuc* — 644. *inieris*] Recepi emendationes Palmerii spicil. p. 702. Pro *inieris* Mss. Camerar. habent *ires.* Pal. Ms. Bothii: *Ire si anne oportuit.* Conf. Anall. Parei ad h. l. et ed. Taubm.

ACTUS III. SCENA II.

V. 648. *redisse*] Ms. Palat. Bothii. Vulgo: *rediisse.*

V. 651. *Quid vis — truculentiam*] H. v. in omnibus edd., praeter Bothianam, positus est post v. 653. Fuit autem mutata, ut par est, versus sede opus, ut praefigeretur Stratilacis nomen.

V. 653. *jam noli metuere*] Acidalius: *metuvere,* vel *iam* volebat scriptum: idem transpositos versus ita:

St. Nimio minus saevus jam sum, Astaphium, quam fui.
Quid vis? *Ast.* Quid? tuam exspecto truculentiam.
St. Tam non sum truculentus: noli metuvere.
Dic, impera mihi.

Quidquid statuas, vulgari loco non potest retineri versus ille: *Quid vis* etc. Ceterum hoc vers. Mss. Camer. habent: *tuam exspector osculentiam.* Edd. principes: *truculentum.*

V. 654. *impera*] Mss. Camer. *incipera.*

V. 658. *Haben'?* St. *Parasitum te fortasse dicere*] V. Lips. ant. lectt. 5, 21. Meursius conjecit:

Ain' parasitum te fortasse ducere.

Conf. Turneb. adv. 23, 24. Mss. Cam. *habent parasitum et fortasse dicere.* Edd. vett. *an et parasitum te fortasse ducere?* — *Haben'* recepi ex emendatione Salmasii. Sensus hic esse videtur: Stratilacem professum, se vel scortum ducere posse, ancilla, haben' scortum? interrogat. Cui, ain', servus respondet, fortasse me parasitum habere, vel ducere, nam alterum nunc quidem non duco. Unde jocus petitus sit, patet e Capt. initio, ubi parasitus infit:

Juventus nomen indidit scorto mihi,
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.
Scio absurde dictum hoc derisores dicere.
At ego aio recte, nam in convivio sibi
Amator talos quum jacit, scortum invocat.
Estne invocatum, annon est? est planissume.
Verum hercle vero nos parasiti planius;
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat:
Quasi mures semper edimus alienum cibum.

Tum autem id jam in vulgus notum, *fortasse*, *scilicet*, *videlicet* secum habere junctum accusativum cum infinitivo. V. Asin. 3, 3, 9.

Videlicet Solonem,
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat: Gerrae!

Stich. 4, 1, 50.

Videlicet parcum illum fuisse senem, qui dixerit.

Ibid. V. 52.

Videlicet fuisse illum nequam adulescentem.

Poenul. 5, 2, 44.

Fortasse medicos nos esse arbitrarier.

Mercat. 4, 4, 42.

Fortasse te illum mirari coquum.

Fragm. Plauti apud Donat. ad Ter. Hecyr. 3, 1, 33.

Fortasse sese amare suspicarier.

Epid. 2, 2, 111.

Ad quadraginta fortasse eam posse emi minumo minis.

Male Gronovius: *minas*. Conf. Poppo de Thucyd. imitat. in ed. Thucydid. t. 1. p. 377.

V. 660. *commeo*] Ms. Cam. A. *commoveo*. Ms. B. *commobeo*. Edd. vett. *convenio*. Camerar. edidit: *commeo*. Vulgatam tuetur Osann. anall. crit. p. 134.

V. 661. *cavillator*] trisyllabum. v. ad vers. 371. Quod non reputans Muret. apud Lips. ant. lectt. 5, 7. (conf. Taubm. ad h. l.) conjecit: *villator*. Sed lusus in eo est positus, quod *cavillator* disyllabe elatum eundem propemodum sonum dat, quem caullator, quae vox admonet caulium. Hinc *cavillationes*, quadrisyllabe elatae, cum *cavillibus* i. e. caulibus componuntur. Mureti sententia probata est Scioppio susp. lect. p. 19. Lips. legit *cauliator*, et infra emendat:

ita ut pauxillum differat a caullulis.

Mss. Cam. *cavillator*. Itidemque omnes edd. Iidem Mssi *hic axsum factum*. Edd. *hic factus* pro, *dic ax sum factus*. Teste Pareo Vet. Cod. *hic axsum factum*. Decurt. *hic axum factum*.

V. 663. *Cavillationes*] Sciopp. l. l. legit: *cavillatores*. Ibidem vulgo legitur: *vis fortasse*. At Mss. teste Pareo: *opinor*.

V. 664. *Ita. ut — differant a cavillibus*] Emendavi interpunctionem, distinguendo post *Ita*. Deinde *differant* dedi propter versum; et *cavillibus*, pro *cavillulis*, quod Gronovius dedit. Meursius in duabus vett. edd. alterum: *cavillibus* invenit. Camerar. idem quod Gron. ediderat. Mss. Cam. *differt a cavillibus*. Itidem aliae vett. edd., teste Grutero.

V. 666. *hanc noctem*] Ed. Cam. At aliae vett. edd. *hae nocte*. Ms. Cam. B. *ac nocte*. Pal. A. *a nocte*.

V. 668. *facio*] Mss. *facto*.

V. 669. *conia*] Mss. et vett. edd. *conea*. Citat h. v. Probus p. 1438. *Putsch Aphaeresis est meta-*

plasmus, cum principio verbi syllaba subtrahitur, ut et non temnere Divos, pro contemnere. Et in nominibus invenitur, ut Plautus dixit a Praenestinis conias *pro ciconias, appellari.*

V. 673. *En edepol — Jamne autem*] Vulgo: *Hem edepol.* v. ad Trin. v. 3. et *anne autem ut soles.* Mss. et edd. vett. eadem habent. Secutus sum Acidalium. Iterumne jam, ancilla ait, fis truculentus, et ad ingenium denuo redis? Quo sensu *jamne* libentius a Plauto usurpatum est, ut Bacch. 2, 2, 25.

Scis tu, ut confringi vas cito Samium solet?
Pi. Jamne ut soles?

V. 674. *Immo, nihil dico*] Mss. et vett. edd. *Str. iamne? nihil dico,* vel: *ut soles jamne? Str. nihil dico.*

ACTUS IV. SCENA I.

V. 680. *Geta meus*] Vulgo: *Cyamus.* Is est servus Phronesii. V. 2, 7, 28. Dedi quod editum est in ed. Paris., qua usus Meurs. est. Sane Mss. et edd. vett. *Cyamus.* Aliae edd. velut Ald. *Chyamus.*

V. 684. *mea pila est*] Mss. Camer. et edd. vett. Vulgo: *mea illa est.* Correxit Palmer. Spicil. p. 707., quo neque laudabiliores quisquam praeter Acidalium neque stolidiores emendationes in hoc scriptore protulit. Quae se publicant, tanquam pilae sunt. Naevius Tarentilla:

Quasi in foro pila
Ludens datatim dat se et communem facit.

mecum erit] Mss. *mecum prit.* Alii: *mecum perit.*

V. 685. *plane perierim*] v. Barth. adv, 16, 15; Palmer. spicil. p. 703. Vett. edd. quaedam: *si non peream pane vicem qui foras,* quae postremae voces per errorem repetitae ex proximo versu. Pro *pane* recte Acidal. primus posuit: *plane.* Aliae edd. vett.

plane esuriam. Lambin. e suis, ut ait, Mss. *plane interream.* Quam isti Mss. metrum ignorant! In Camer. Mss. erat: *si non peream, pane uriem,* vel *pane urient.* vid. Sciopp. susp. lectt. p. 209. Recepi meam conjecturam. Taceo aliorum emendationes, quia vel metro damnantur. Legerem: *plane perbitam,* nisi id longius a Mssis recederet. Festus p. 362, 19. Perbitere, *Plautus pro perire posuit.*

V. 687. a. *meis quid fortunis fuat*] Edd. vett. et Camer. *miles quid facturus fuat.* At *fortunis* est in Mss. Cam. Correxit Acidal. versum, *meis* pro *miles* ponens. Conf. Palmer spicil. p. 716.

V. 688. a. *unum animus monuit me*] v. Palmer. spicil. p. 616. Mss. Camer. *animos movi mihi omnia.* Ms. B. eadem, nisi quod *omnia.* Lambin. e suis Mss., valde iis officiosis: *unum animus monuit me.* Vett. edd. *unum animos monuit mihi.* Ms. Palat. Bothii: *animos moni mihi omnia agam precurio.*

ACTUS IV. SCENA II.

V. 685. *meum, hera, officium*] Ita emendavit Gulielm True. c. 3. Nam vett. edd. *mea hera.* Mss. *mea ero.* Versus duo primi huius sc. anapaestici sunt tetrametri.

V. 687. *istum exinani*] Edd. omnes, a Grutero excussae: *estun ex inani.* Argentor. *aestum.* Mss. *estum exinani.* Paris. ed. *dum est tibi in manu.* Hem tibi correctorem!

V. 688. *ei obsecundes*] Edd. vett. *ei obsecundes.* Mss. Cam. *ei rei secundas.* Acidalius: *tempus ei rei secundat.* Gulielm. l. l. *ei rei obsecunda.* Obsecundare est nobis: *benutzen.* Ter. Heaut. 4, 6, 23. *Obsecundato in loco.* Adelph. 5, 9, 37. ubi v. Bentl.

V. 689. *prome venustatem*] v. supra ad v. 492. Palmer. spicil. p. 705. Mss. *amanti tuam,* quod etiam Acidal. praetulit audaci Scaligeri conjecturae, quem

v. ap. Taubm. p. 1439. Eodem versu Mss. habent *compereis*.

V. 690. *restitrix*] Ms. Camer. A. *restititricis*. Ms. B. *restitricis*. Edd. Merulae et Brix. *restricis*. Mss. Camer. teste Bothio: *ego interim hic restitricis praesidebo*. Praesidere autem custodiam notat, et quasi custodiae praefecturam et praesidatum. Most. 5, 1, 47.

Hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio.

V. 692. *ludere istos*] v. Palmer. spicil. p. 705. Mss. Palatt. et edd. omnes: *ludin istos*. Partim editi: *ludi isto*. Acidalius: *tu perge, ut lubet, ludi istoc*. Verum invenit Dousa filius.

V. 694. *molestusne*] v. Palmer spicil. p. 709. In exitu huius vers. Mss. *nam nisi quid*. At edd. vett. *nam nisi quin*. At teste Pareo Mss. Cam. *nam si quid*.

V. 695. *usust*] Mss. Cam. *usus est*, teste Pareo. Nunc ita malim: *nam nisi qui Nobis usu, est nobis m.*

V. 696. *non multum*] v. Guliem. Trucul. c. 3. Turneb. Adv. 11, 21. Mss. et edd. vett. vel *non musset*, vel: *non mus sed*, vel: *novus sed*. Paulo ante Vet. Cod. Cam. teste Bothio: *volom*, pro *volo*. Vulgo: *non mu* ex em. Gulielmi.

V. 697. *bolos quos dat*] amator novus. Nam bolos dare est, lucrum praebere. Velut Pers. ubi de puellula, quam sibi sperat lucro fore leno, Toxilus servus ad lenonem ait 4, 4, 107. *dabit haec tibi grandis bolos*. Proprie jactus est aleae, quo sensu legitur Rud. 2, 3, 30. Curc. 5, 2, 13.

V. 698. *adorta*] Mss. et edd. omnes. Mox iidem libri: *sed diu taceto*.

V. 699. *novisti*] Ms. Palat. Bothii: *novistin tun hunc Strabacem*.

V. 700. *summam*] Ms. Cam. A. *summa*. Deinde adnotandum, vocabulum *solus*, ut apud Graecos ἴς, apud Latinos *unus* augendae vi superlativi inservire, solere etiam addi verbis superlativi vim habentibus, ut verbo *supero*. Aulul. 4, 8, 2.; verbo: *superest* Mil.

2, 4, 3. ubi lego: *mihi solae est, qui supersit*, pro *solae, e quo superfit*. Intellige: *malitia supersit*. Conf. Epid. 3, 2, 10.

Quantum hic inest? *Ep.* Quantum sat est, et plus satis: supersit.

Curcul 2, 1, 33. similem usum verbi *solus* habet:

Vah, solus hic homo est, qui sciat divinitus.

Persa 5, 2, 2.

Solus ego omnibus antideo facile, miserrimus hominum ut vivam.

V. 701. *ego quidem*] sic emendavit Gulielm. Truc. c. 3. Vulgo: *ego idem*. Ibidem Vett. et Ms. Pal. Both. *rem* omittunt: iidem ut vulgo non habent *is*. Et *ego idem* etiam Mss. Cam.

V. 703. *pausam*]. Vulgo *lessum* Vett. edd. vel *losum*, vel *lausum*. Et posterius etiam Mss., teste Pareo, et Vaticani Lipsii. *Lessum* defendunt Taubm. et Dousa ad Poenul. in centur. Plaut. p. 309., quo verbo nihil ab hoc loco alienius. *Pausam* emendavit Mercerus ad Nonium p. 103. v. Poer. 2, 11, Pers. 5, 2, 37. Rud. 4, 6, 1. Lips. epist. quaestt. 4, 12. et Parei anall. ad h. l.

V. 706. *operam utier*] ita Bothe edidit ex edd. vett., et in illis ex ed Mediol. a. 1500. Alii: *operis*. V. Aulul. 2, 5, 14. et *operam uti* alibi quoque apud Plautum.

V. 708. *argumentari*.] Acidal. citat: *commentari* Idem corrigit: *ne oblitus siem Quod didici*. Omnes edd. vett. *commentari*. Ms. Cam. A. *argentarilliceam ni*. Ms. Palat. B. *argentari illic eam ni*. Uterque Ms. *ni oblitus siem*. Itidem edd. omnes. Bothe edidit: *argutari*. Quin hoc est argutari.

V. 709. *Quod didici*] Vulgo: *Quod dedi*. Mss. *Qui dedit*.

V. 710. Din. *Quid?* Ast. *Rem*] Ita Mss. et

Turneb. adv. 11, 21. distinguunt. Ibidem libri nescio qui Bothii: *Volt interim illa.*

V. 713. *mei*] Mss. — Dousa: *mea.* Ms. Palat. Bothii: *virtutem ime ut iniem cimei.* Vet. Cod. Cam. eadem, nisi quod *virtutem imeme.*

V. 716. *Nam* — *miseriast*] Usus est h. v. Bentl. ad Ter. Andr. 2, 5, 16.

V. 718. *Stultus*] ita Mss. et vett., teste Bothio.

V. 719. *de obsoni parte me participem*] Ita ex conjectura supplevi h. v. Edd. vett. *da obsonii me participem.* Mss. Camer. *do obsoni me participem.* Camerar. edidit: *de obsonio saltem me participem.* Ms. Pal. Bothii: *non licet de obsonii me participem fieri.*

V. 721. *itidem*] Mss. Camer. A. *nam idem ut Ageonti.* Ms. B. *nam idem ut acheronti hic.* Rittershus. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 210. legit: *item.* — Vox *Acheruns* prima producta frequentior, quam correpta. V. Herm. ad Eurip. Hecub. p. 59. sqq.

V. 723. *mitte intro*] Mss. *amitto intro.*

V. 724. *Imo istoc ad vos.* Ast. *Ad nos iri*] Ita h. v. supplevi ex conjectura. Nam vulgo ita scribitur: *Imo istoc ad vos.* Ast. *Iri non potest.* Causa corruptelae in promptu est. Conf. Palmer. spicil. p. 709. Gulielm. Trucul. c. 3., qui et ipsi tentamina de h. l. fecerunt. In exitu versus Mss. Cam. habent: *nimium pati.* Iidem teste Pareo: *iri;* at teste Bothio: *irem.*

V. 725. *Vis est*] Ita Mss. Proverbialis locutio est. Cum vehementius et violentius vel arctius tenebantur, pellebantur, trudebantur, exclamare solebant: *Vis haec est.* Capt. 3, 5, 92.

Vis haec quidem hercle est, et trahi et trudi simul.

Et C. Julius Caesar peti se videns pugionibus: *ista quidem vis est,* clamat. Sueton. Vit. J. Caesar. cap. 82. V. Ter. Ad. 5, 8, 20. Plaut. Truc. 4, 3, 9. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 25. Turneb. adv. 14, 7. Deinde experiundi verbum de vi proprie di-

citur, sive ea civilis sit judicii, sive militaris armorum. V. Bacch. 5, 2, 49. Ter. Eun. 4, 7, 19. Mss. Cam. *vis est experite*, teste Pareo. Alii ediderunt: *jus est.*

V. 726. *ni occupata*] Vulgo addunt: *est*, quo metrum laborat. Pseudol. 1, 3, 16.

Respice ad nos, tametsi occupatus, moramur, mane.

Vulgo deinde, item metro adversante: *Resiste, hem!* Ast. *Frustra es*, de quibus verbis dubitavit etiam Schneider. gr. lat. 1, 2. pag. 594. Gulielm. Truc. c. 3. tentavit: *fit frustra.* Edd. vett. *nisi occupata est.* Codd. Cam. Mss. A. *ubi occupatast resistat ex exfrustra sit. Redin an non redin si vocat.* Eadem Ms. B. nisi quod *resistat et frustra.* Congruit Bothii enotatio et Parei.

V. 727. *in me plus, quam tu, potest*] *Tu* non habent edd. Gron. et aliae, et Mss. Cam. v. de h. v. et sqq. Palmer. spicil. p. 710.

V. 728. *Eloquar uno verbo* — 729 *Unum aiebas: tria jam dixti verba, atque ea*] Vet. Cod., quem evolvit Meurs. *Unum aiebas, stridia dixti.* Ms. Sambuci: *sterilia jam dixti verba.* Mss. Camer. teste Grutero: *unum alebat, stridia dixit*, et negat contra Pareum, fuisse in Ms. B. a prima manu: *Stria jam dixi:* ait ibi esse: *Stridia dixit*, et *d* tantum in *Stridia* expressum esse atramento uberiori. Pareus dicit, in Decurt. fuisse: *Stria jam dixti verba*, postea aliquem ex *a* fecisse *d.* Vet. Cod. *stridia.* Bothe hanc enotationem fecit e Pal. Ms. suo: *Unum alebat stridia dixti verba atque mendacia.* — *Ea* abesse a Mss. Cam. etiam alii testantur. Id pronomen e conjectura addidit Gulielm. Truc. c. 3. Initio versus Mss. Cam. *Uno verbo eloquere.*

V. 730. *intro hinc irruit*] Ms. Cam. A. *incluit.* Ms. B. *induit.* Camer. edidit: *hinc ivit.* Quod recepi, se ex Mss. Cam. eruisse dicit Pareus.

V. 731. *illecebra*] ita Mss. Cam. Alii legunt e

Festo p. 282, 40. *elecebra. Elecebrae argentariae meretrices, ab eliciendo argento dictae.*

V. 732. *legem advorsum*] meliorum numerorum causa verba transposui. V. ad Trin. 1173. Stich. 4, 2, 11. legit Bothe: *Te advorsum*, eadem ratione inductus. Bacch. 1, 2, 19. *me advorsus.* Pers. 2, 2, 18. *me advorsum.* Poenul. 1, 2, 188. Amph. 2, 2, 118. *te advorsus.*

V. 734. *Post id — quadrupli*] Acidalius: *post-idea.* Edd. vett. *inte*, pro *post id.* Deinde Mss. et edd. vett. *quadrupus.* Alii *quadrupes.*

V. 736. *Nihili — impudens*] Vett. edd. *nihil me perdidi omne.* Bothe edidit: *nil mihi jam: perdidi* etc. Gron. et Camer. *Nihili me!* quod recepi. Est ea vox solennis amantum desperantium. Versus tamen una syllaba mancus restat, quem facilius est supplere, quam suppletum pro vero probare. Ceterum *fio impudens* Mss. Cam., teste Pareo. Alii aliter.

V. 737. *tantillum — calceos*] V. Palmer. spicil. p. 705. Recepi emendationem Casauboni ad Theophr. charact., qui docet, non rusticitatis tantum, sed etiam impudentiae fuisse, calceis inconcinnius uti. V. A. Gell. N. A. 13, 21. Quibus autem male laxus calceus haerebat in pede, dici soliti sunt natare in soccis. Ovid. A. A. 1, 516.

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Acidalius quamvis de calceis non negat alias, hic tamen ei ineptum et alienum videtur. Probat autem hoc: *Nec mihi adeo est hillum pensi, quos calceo ciam.* Nec hillum pensi est: nihil pensi, et hillum simpliciter res nihili. Diminutivum est ab *hir*, *hirulum*, quod contracte fit *hillum* vel *hilum.* Ad incitas redactum se queritur Dinarchus, qui quod fuerat, omne perdidisset. Mss. Cam. *nec mihi adest ad illum pensi.* Conf. Sciopp. susp. lectt. p. 211.

V. 741. *De nihilo nihil est irasci, quae*] Palmer. spicil. p. 716. *illi* pro *nihil* posuit, quam emenda-

tionem recepit Gron. Ego servavi lectionem omnium et Mss. et vett. editionum. De nihilo nihil videtur dictum, pro: plane nihil. Porro autem illud notissimum, pronomen solere omitti, etiamsi alio casu sequatur relativum Poenul. 3, 1, 69.

Eia, haud vostrum est, iracundos esse, quod dixi joco.

Pers. 2, 1. extr.

Conveniam hunc: eius auris, quae mandata sunt, onerabo.

Men. 1, 1, 11.

Quem tu adservare recte, ne aufugiat, voles,
Esca atque potione vinciri debet.

V. 743. *fuit*] non habent Mss., sed edd. principes.

V. 745. *Pertimui: plus quam una cura*] Post h. v. Acidalius sine idonea causa ponit sc. proximae vers. ultimum:

Nae illa stimulum longum habet, quae usque illinc cor pungit meum.

Recepi egregiam Palmerii emendationem spicil. p. 716. *plus quam*, pro *postquam*. — *Pertimui* Mss. et edd. vett. Iidem libri et Ms. Cam. B. versu proximo: *Timeo ne me malefacta antiqua mea sine inveniam omnia*. Ms. Cam. A. *invenia omnia*. Edd. Paris. Argent. *Nec mea malefacta antiqua nunc senex inveniat omnia*. Vulgo: *nunc inveniam omnia*. Ed. Ald. *sine inveniam omnia*. Correctionem ascivi Acidalii. Teste Pareo in Mss. est: *ne malefacta antiqua mea sine invenia omnia*.

ACTUS IV. SCENA III.

V. 747. *male dicam, aut adeo male velim*] v. infr. 5, 6.

Merito ecastor tibi succenset. *Phr.* Egone isti? atque etiam id parum,
Male volo.

Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 713.

V. 749. *Rogitavi ego vos, verberones, ambas*] Mss. et vett. *rogitavi ego vos verberantis has pendentis simul.* Eadem Ms. A., nisi quod *bas.* Edidi conjecturam meam.

V. 754. *tintinnaculos*] V. Turneb. adv. 11, 21.

V. 756. *vinclis*] Vett. edd. *vincis exolve.* Ca. *mihi.* Edd. Argent. et Sarracen. *vinctas.* Ms. Palat. Gruter. *vincis exsolve mihi.*

V. 758. *nec quid peccavi scio*] Tmesis, pro *nescio.* Ita legitur in Mss., ut edidi.

V. 761. *factumst*] Mss. Camer. *datumst.* Vett. edd. *actumst.* Teste Pareo Vet. Cod. *datum sit.* Decurt. *datum est.*

V. 765. *livorem*] Ms. Cam. A. *luorem.* Ms. B. *livorem.*

V. 769. *hera mea rogavit me minor*] Ms. Cam. B., teste Bothio: *eram ero uit minor.*

V. 772. *Quid eo puero*] Pal. Ms. Bothii: *cui te puero.*

V. 773. *cave tu, nisi quod te rogo*] Ms. Pal. Bothii: *catu nisi quod te rogo nisi Ea te exquiro.* Sequor Bothium. Stich. 1, 2, 54.

At ego ex te exquiro, atque ex istac tua sorore.

V. 774. *Mater inquam filiae dono dedit*] Mss. habent, ut Gronov. edidit.

V. 775. *plus quam dudum loquere*] Mss. Camer. *plus quam dudum inquam loquere.* Ms. Palat. Bothii eadem, nisi quod *inqua.* — *Dudum* autem accipe, pro *modo* dictum. Nos: *eben.* Conf. supra 3, 1. 1.

V. 777. *Pro filiolo.* Ca. *Pro filiolo?*] Ita emendavit Lipsius ant. lectt. 5, 21., cum vulgo fuisset: Ca. *pro filiolo.* Din. *i, obsecro vostram fidem.* Vett. edd. *pro filiolo Di obsecro.* Mss. Camer. *pro filiolo toni pro filiolo.* Teste Bothio Mss. *pro filiolotoni pro filiolo.*

V. 778. *alienum*] Mss. Cam. *ut num.* Edd. vett. *natum*; idque recepit Bothe. Quo sensu, ipse viderit.

V. 785. *quod petebat, abstulit*] Ed. princeps: *quod petebat, adest uni.* Itidem Ms. Camer. B. Nam Ms. Camer. A. *quod petebat adstuni.* Camer. primus edidit. *abstulit.*

V. 788. *ut is quis esset*] Mss. Camer. *ut quis is, quis esset*, teste Pareo.

V. 789. *necesse est*] *est* abest a Mssis. Camer.

V. 790. *non auleo*] i. e. non possum.

V. 792. *nominer*] Ms. Palat. A. et omnes vett. edd. *non miner.* At Ms. B. *non minetur.* Eodem versu omnes Mss. et edd. omnes: *meum illuc facinus.* Mox Ms. Cam. A. *stulta est.* Decurtat. *stulta est*, linea super *a* ducta.

V. 794. *Video te propter — parieti*] Palmer. spicil. p. 717. citat: Anc. *Video ego te propter.* Ca. *mala qui est?* Anc. *Patronus parieti.* Eodem modo verba citat Acidalius. Aliae edd. vett. *propter malefacta, qui es patronus parieti.* Eaque vera est lectio. Acidal. emendat:

Anc. Video ego te, propter malefacta quoius patior onus parietis.

Mss. et vett. *propter mala facta qui.* In hoc versu ambiguitas est huiusmodi: *Video te propter* per se prolata significant: video te, Dinarche, prope Calliclem s. video prope te Dinarchum, o Callicle. v. Musgr. ad Soph. Oed. R. 794. *Erf.* Sensus autem totius versus esse videtur, qualem Lambinus adscripsit: video te, qui videris parietem tutari, ne labatur: ita ei adhaeres latitans

V. 796. *Neque ut hinc — scio*] Ms. Palat. Bothii: *neque ut hinc abeam ut neque ad hunc adeam scio.*

V. 801. *Non places*] ita Mss. Alii aliter.

V. 802. *fabulare*] Meurs. enotavit e codd. vett. Vulgo: *fabulari.* Ms. Palat. Bothii: *fabularem.*

V. 803. *Non vinum — solet*] Mss. Cam. et edd vett. omnes: *non vinum moderari, sed vim solent.* Posterius editi: *sed vino solent.* Pareus dicit, se e

Mssis. eruisse: *Nam vinum moderari, sed vim non solent.*

V. 804. *quamvis bibit*] Vulgo: *verum qui improbus est, aquam si bibit, sive* etc. Vett. edd. omisso: *aquam* pro *si bibit* habent: *subbibit.* Acidalius et ipse omittit *aquam*, vel seq. vers. legit: *Scatet temeto.* Aliae edd. vett. *sive subbibit, sive adeo caret* etc. Aliae: *subibit*, pro *subbibit.* Aliae: *si adeo caret.* Vox *aquam* primum in recentioribus edd. apparet. Mss. Camer. *est si quam sibibit.* Camerar. primus edidit: *verum qui improbus est, aquam si bibit.* Recepi Parei emendationem: *verum, qui improbus, is quamvis bibit.* Mss. Cam. teste Bothio: *verum qui jam probus est si quam sibibit siue adeo caret te me tu tamen ab ingenio timidus est improbus.*

V. 805. *ab ingenio*] V. ad vers. præc.

V. 806. *ob noxiam*] Omnes Mss. et edd. *obnoxia.* Recepi emendationem Palmerii spicileg. p. 717.

V. 809. *testis vinctos attines*] Primus hæc verba supplevit Lips. ant. lectt. 4, 2. e libris Vaticanis, qui sic ferebant: *dicit, tamestis victo satines*, vel: *tam estis victo sati ines.* Mss. Camerar. *ta estis victo sati ines.*

V. 811. *herae tuae*] Ms. Cam. B., teste Bothio: *herae tu.*

V. 817. *dotis*] Vulgo: *a dote.* Ms. Palat. Bothii:

Sex talenta malana detes dem an.

Etiam edd. vett. *malana.* Pers. 3, 1. prope fin.

Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.

junge *logi dotis.* Mercat. 4, 3, 4.

Hem, quoi decem talenta dotis detuli.

V. Acidal. divinat. Plaut. p. 417. ad Pers. cap. 4.

V. 819. *abduce*] Ms. Cam. A. *abdu ex aedibus.* Ms. B. *abduci ex.* Itidem vett. pleraeque edd.

V. 824. *opportune ecce ab sese egreditur foras*] Edd. vett. *opportuna ecce ab se egreditur foras*. Bothe edidit: *opportune eapse eccam egreditur foras*.

ACTUS IV. SCENA IV.

V. 826. *Blitea*] Citat b. v. Nonius p. 529., 11. *Gothofr. Blitea, inutilis, a blito herba nullius usus. Plautus Truculento:* Blitea et lutea est meretrix. Conf. Fest. p. 260, 19. V. Brunck. et Hermann. ad Aristoph. Nubb. 997.

V. 830. *tutorem*] Edd. vett omnes *suis tutorem*. Mss. Camerar. *manstutorem*. Edd. omnes, *teste Taubm. qui meis tutorem me*. V. Turneb. adv. 11, 21. Recte Acidal. p. 553. contra eum rejecit vocem nihili *manstutorem*, et reduxit *suis*.

V. 831. *quid agitur*] Mss. et vett. omnes. V. Palmer. spicil. p. 711. Vulgo hic versus ita legitur:

Mulier, adsum, profectust. *Phr.* Quid agitur, voluptas mea.

Lips. ant. lectt. 5, 21. *Mulier assum.* Phr. *Profecto is est. Quid agitur?* Teste Pareo uterque Ms. Camerar. habet: *Mulier ad sum profectus est*. Secutus sum Acidalii conjecturam, nisi quod *quid agitur* retinui: Acidal. enim scribit: *quid igitur?* quod minus huic loco convenit. Est enim illud: *Was gibts?* hoc: *Wie nun?* Cum Dinarchus, ad te sum, dixisset, profectus? Quid negotii, illa respondet, est? quid subiti accidit? Facile sane utraque vox confunditur. V. ad Trin. v. 758. Sed conf. Pseudol. 1, 3, 39. 1, 5, 42. Pers. 2, 5, 8. Contra *quid igitur* recte in Pers. 4, 3, 59. 5, 2, 70.

V. 833. *quid velis?*] Bothe edidit:

Scio, mecastor, quid vis, et quid postulas et quid petis.

Vis habet Ms. eius Palat. et vett. edd. *Postulas*, pro *postules* non habet ille Ms., sed edd. vett.

V. 834. *me videre, et me te amare*] Vulgo addunt *vis* post *videre*. Acidalius legit:

Me videre vis et me te amare postulas (et) puerum petis. Mss. Camerar. *Vis et me te amare postulas.* Neque aliter omnes edd. vett.

V. 836. *Ubi id audivit — liberi*] H. v. vulgo legitur post v. 829. *Ea esse dixit eum Dinarchi* etc. Sed ubiubi legetur, certe Dinarcho assignandus est. Quod autem quaerit: *Ubi id audivit?* non sane ignorare potuit, unde de puero Phronesium audivisset; sed suspicari facillime, ex tonstrice sua audivisse, quam Callicles antea constrictam duxerat et herae suae rem hanc ipsam jusserat nuntiare. Verum gaudio et admiratione velut extra se positus nunc non cogitat hoc, quantumvis minimo ante gestum. Ed. Taubm. postrema: *quamquam penes est me ea omnis res et liberi.* Mss. Camerar. *quanquam penes est mea omnis.* Omnes edd. vett. *quanquam penes est me omnis.* Teste Pareo *mea omnis* est in Ms. Decurtat., at *me ea omnis* in vet. cod. — *Liberi* de uno puero dictum, ut apud Cic., Terentium. V. A. Gell. N. A. 2, 13. ibiq. interpp. Palmer. spicil. p. 717.

V. 838. *alibi jam esse animum tuum*] Mss. et edd. vett. *alibi jam animum tuum sine esse.*

V. 840. *mus*] V. Erasm. Chil. 5. Centur. 1. Adagior. 4. Lactant. d. ira D. c. 7. Conf. Aristot. H. A. 5, 6.

V. 842. *aliud perfugium gerit*] i. e. aliud ostium perfugium habet. Meurs. *quaerit.* Ms. Camerar. A. *quia si unum odium.* Ms. B. *quasi unum obsideatur, aliunde perfugium.* Itidem edd. vett. Uterque Ms. Cam. *gerit.* Neque discrepant edd. vett.

V. 845. *In rem meam est*] Mss. Camerar. *Opus jure mea*, Edd. vett. Din. *Minime. nam eo quid opus?* Phr. *In re mea triduum.* Sequor vestigia Mssorum. Gronov. edidit: *E re mea est.*

V. 847. *In eam rem?* Phr. *In eam*] Ita h. l. correxit Acidalius. Vulgo: *In eam rem, si quid habebo*, ut Gronov. edidit.

V. 850. *quia unde*] Mss. *quando procures habes*. Edd. Argentor. et Sarracen. *quando quod procures*.

V. 852. *manubiarius*] Mss. *manubinarius*. Neque aliter vett. edd. omnes.

V. 854. *furatim*] Mss. *futatim*. Palmer. spicil. p. 711. *fututim*. Amicus quidam eius: *furatim* sive *furtim*. Itidem Lips. ant. lectt. 5, 21. Mss. et Edd. vett. *furatim*. Ibidem Mss. Cam. *commemorabiter*. Omnes edd. vett. *commemo-ravi ter*.

V. 855. *fac valeas*] Vulgo: *facultas*. V. Gulielm. Trucul. c. 4., qui correxit: *valeas*. Mss. quoque Cam. et edd. vett. *facultas*. Correxit Acidalius, et Ritterhus. ap. Sciopp. susp. lectt. p. 212. In eandem emendationem incidit Meursius.

V. 857. *Verumst — opus*] Ita h. v. adscripsit etiam Bentl. ad Ter. Eunch. 4, 5, 6. Ms. Cam. B. et omnes edd. vett. *ubi amici ibidem opus*. Vet. Cod. Camerar., teste Bothio, et ed. Paris. *opes*.

V. 858. *tactum re iri militem*] Haec est emendatio Petiti, qui tamen *re* omisit. Conf. Palmer. spicil. p. 712. Meurs. in edd. vett. invenit: *Spes etiam se hodie tam interit in militem*. Mss. Cam. *propter hunc spes etiam se hodie tantum rim militem*. Edd. Pii et Mediol. *tantum rim militem*. Ed. Argentor. *tantum vim*.

V. 863. *Sine eum adire — hac ad me recta: dabo, si venerit*] Ed. Sarraceni: *Sine eum ipsum adire — ad me hac recta: si venerit*. Camer. edidit: *Sine eum ipsum adire ut cupit ad me*, et nihil amplius, nisi signum lacunae., Mss. Camerar. *ad recta si tenent Neistum ecastor hodie hastis confectum fallaciis*. Edd. vett. et in his Pii et Mediol. *ad me hac recta sitenent*. Pro *hastis* aliae editiones: *astis*. Proximo versu Acidalius scribendum esse conjecit: *confexim*, pro *confectum*. Ego huic versui addendum censui: *dabo*, et sensus et metri explendi causa. Ms. Pal. Bothii: *Sine eum ipsè adire ut cupit, ad me ad recta si tenent*, vel *tenet*. Ed.

Aldi: *sine eum ipsum adire, ut cupio, ad me hac recta, si venerit Nae istum* etc. Pronomen *ipsum* ex proximo versu temere repetitum. Pseudol. 4, 1, 18.

Pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo.

Pers. 4, 1, 9.

Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo.

ACTUS V.

V. 865. *Meo mihi amore — jam bis ad amicam meam*] V. Palmer. spicil. p. 711. Mss. et edd. vett. *Eo mihi.* Lips. ant. lectt. 4, 16. e cod. Roveriano legendum esse colligit: *Eu mihi, amare! fero supplicium jam bis ad amicam meam.* Meursius conjecit:

Eo mihi amore fero supplicium damnis ad amicam meam.

Edidi conjecturam meam. Solet Plautus jungere possessivo personale pronomen: *Meus mihi, tuus tibi, suus sibi.* V. Parei lexic. crit. s. v. *mihi* etc.

V. 866. *Utut*] Mss. et edd. vett. *ut illud.*

V. 869. *Potin est*] Ante Acidalium: *potin' es.*

V. 870. *Egone isti? atque etiam id parum. Male volo*] Ita h. l. correxit Acidalius. Mss. Camer. et edd. pleraeque: Phr. *legon' atque ne isti etiam parum.* Ed. Paris. *legonat qui alam omni isti etiam parum.* Ed. Pii: Phr. *alazon? atque ne isti etiam parum.* Idque habebant etiam Mss. Schobingeri. Ms. Palat. Bothii: *Suscenset legon atque ne isti etiam.* V. supra ad V. 747.

V. 872. *nisi mi credis, respice*] Vulgo: *Si mihi ridespice.* Muret. V. L. 9, 13. *Supplicium ad te hanc minam fero purissimi auri, respice.* Palmer. spicil. p. 711. *Si mihi rides espice.* Alii aliter, velut Turnebus adv. 11, 21. Lambinus, Lips. ant. lectt. 4, 16., qui conjecit: *sed me redespice.* Mss. Camerar. *si mihi ridespice.* Ms. Sambuci et edd. omnes vett.: *si mihi rides.* Phr. *Manus* etc., omisso: *spice* vel *spece.* Mss. Camer. teste Bothio: *rides pice.*

Sequor Acidalii conjecturam. Ferre se supplicium minam auri dicebat miles ad meretricem aversam: quae cum haud etiam respiceret, addit: si verbis meis non credis, ipsam rem vide. Tum illa non oculis se videre, sed oculatis manibus, respondet, nec quidquam ante, quam habeat penes sese, credere. Si igitur credi sibi velit, dandum huc in manum innuit, quod se ferre dicat.

V. 873. *vetat*] Mss. et. edd. omnes.

V. 874. *opust cibum*] Mss. et edd. vett. omnes.

V. 875. *ut habeat veteris vini, largiter Ut-potet*] Mutavi interpunctionem; nam vulgo post *vini* interpungunt. Quod genus emendandi etiam his locis Plautinis adhibendum est: Pseudol. 4, 7, 19.

Eho tu, qua facie fuit, dudum cui dedisti symbolum?

Sed Sciopp. susp. lectt p. 40. legit *dicdum*, pro *dudum* i. e. modo. Ibidem lege 5, 1, 22.

Non enim parcipromi victu cetero.
Ne quis me roget: hoc ego modo atque herus minor hanc diem sumsimus prothyme.

Vulgo post *dudum* et *roget* vel comma vel punctum ponentes distinguunt.

V. 876. *opust igne*] Mss. Camerar. *opust icno*. Edd. pleraeque et Ms. alter Schobingeri, Grotheno teste: *opus lignis*. Pio teste alicubi legitur: *opus isicium*. Teste Bothio Vetus Codex: *opus icno*: Decurtat. *opus istic non*.

V. 880. *Enim non possunt — ut alii educier*] *Enim non* dedi, pro *non enim* et ita plerisque Plauti locis rescribendum est, velut Trin. 707., ubi v. Pers. 2, 2, 54. V. Parei lex. crit. s. v. *Enim* et *quidem* et *tamen* et similia pyrrhichii sunt ap. Comicos. Vulgo: *non enim possunt militares pueri etavio educier*. Mss. teste Bothio: *possum*. Pal. Bothii: *possim*. Muret. V. L. 9, 13. e vett. edd. legit *setanio*, vel *setania educier*. Utrumque enim in vett. est. Setanium, ait, aut setania... genus

mespili est in Italia frequens, cuius multis locis etiam apud Plinium mentio est. Hoc igitur dicit meretrix, non posse militares pueros vilibus et parvi pretii cibis educari, cuiusmodi est setania. Ac nescio quomodo durat hodieque apud Italos idem loquendi genus in sermone vulgi: ut si multa ac magna requiri ad aliquid efficiendum significent, dicant aliud requiri, quam mespila. V. etiam Palmer. spicil. pag. 728. Libri Vaticani apud Lips. ant. lectt. 4, 12. *a via educier.* Mss. cum vett. editionibus consentiunt: *pueri et auoi exducier.* Adde Turneb. adv. 11, 21. Edidi conjecturam meam.

V. 881. *efficias*] Mss. Camer. *exefficias.*

V. 882. *Cedo — parumst*] Bis posui *Cedo*, in exitu et initio utriusque versus. Ms. Palat. Bothii: *Cedo, quanquam parum est adomne manuc istic poste parust.* Ed. Aldi: *Cedo quamquam parum est.* Mi. *ad omne majus istuc positum paru'st.* Gronovius Camerarium secutus est in edendo hoc loco; ego vestigia librorum scriptorum et olim editorum.

V. 885. *pauxilisper*] Citat h. v. Nonius p. 572, 24. *Pauxillisper, a pauxillo. Plautus Truculento:* Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit, *id est: per particulas.* Mss. Camerar. *moris pausilli per.* Edd. vett. omnes: *plus decem pondo amoris pausillis per.*

V. 887. *situ*] v. Annotationes Pii in Gruteri thesaur. crit. t. 1. p. 359. sqq.

889. *amica*] Mss. *amicam quid agis mille quis.* Illud *mille* ortum ex notatione personae MIL. Bothius ita e suo cod. Palat. enotavit: *quid agis mille quis illic homo.*

V. 890. *quem ego — quam te*] Ms. Palat. Bothii: *quem ego ecastor age amo.*

V. 893. *ad me, delicia? Veron'?* Phr. *Hercle, serio.*] Ita emendavit Lips. ant. lectt. 4, 16. Vulgo: Phr. *at ego ad te ibam.* St. *Ad me delicia hercle vero serio.* Acidalius: Str. *ad me?* Phr. *mea de-*

licia, hercle vero serio. Ceterum *hercle* habent etiam edd. vett. Nonius p. 540, 31. *Delicia numero singulari, quod aut rarum est, aut singulare. Plautus,* Mea voluptas, mea delicia.

V. 895. *Nam quanquam — gaudeo*] Mss. Camerar. et edd. vetustissimae: *nam quanquam est bella malo tuo nisi tu ego aliqui.* Eadem edd. Sarracen. et Basil., nisi quod: *es bella.* Palmer. spicil. p. 712. emendat:

Nequiequam es bella, bello tuo ni simitu et ego aliqui gaudeo.

Conf. Dous. Centur. Plaut. p. 341. Ed. Paris. *nequaquam est bella malo tuo nisi tecum ego* etc. Teste Pareo Mss. Camerar. non habent *malo*, sed *mala.*

V. 896. *amplectar*] Ms. *amplectar.* Edd. vett. *ampleciter.* Ibidem *facere* posui ex emendatione Gronovii. At ed. eius habet: *face*, ut vulgo legitur.

V. 898. *mortuum — satius*] v. Turneb. adv. 11, 21. Edd. vett. omnes: *mortuum hercle me duco satius.* Mss. Cam. *mortuum hercle medio satius.* Sequor Bothium.

V. 899. *Nisi — emori*] v. Turn. adv. l. l., quem sequor, nisi quod *te* ille ponit ante *mea* et legit: *nisi si* . Est autem *in machaera emori* dictum cum graecismo; nam etiam graeci ἐν μαχαίρᾳ, pro: per machaeram s. machaera. V. Passov. lex. gr. s. v. ἐν Nr. 4.

V. 900. *Nihil φλυαρεῖν*] Acidalius:

Nihil φλυαρεῖν satius est, miles, si te amari postulas,
Auro, haud ferro deterrere potes me, ne amem, Stratophanes.

Mss. Cam. et vett. edd. omnes: *ne amet.* Fortasse praestat scribere: *ne me amet*, ut *me* in arsi positum non elidatur, sed pro brevi sit. Alioqui ad id, quod edidi: *ametur*, intellige: *Strabax.* Etiam ed. Aldi: *ne amet.*

V. 901. *potes*] Mss. teste Bothio: *potest.*

V. 902. *aut facceta*] Haec est emendatio Pii. Nam Mss. et edd. vett. fere omnes: *eatteta*. Ms. Cam. A. *eacieta*. Deinde edd. vett. *hominem istimodi*. Neque fere aliter Mss., qui habent: *homini istimodi*.

V. 904. *Omnes — fastidiunt*] v. Palmer. spicil. p. 712. Mss. et ed. Pii: *calent*. Deinde: *et fastidiunt* Mss. et edd. vett. Quae est lectio sanissima, quidquid tentent Critici.

V. 906. *horridust, at bellus est mihi*] Gulielm. Truc. c. 4. conjecerat, quod postea Gronov. recepit. Lips. ant. lectt. 4, 16. Vaticani, ait, *quanquam hic qualis est, quam hic horridus, citus bellum mihi*. Omnes edd. vett. *citus bellum init*. Mss. Cam. *quanquam hic quali est, quam hic horridus citum bellum hi*. Eadem Ms. B., nisi quod: *qualis*. Ceterum Mss. et edd. omnes vulgarem versuum ordinem tenent, quem etiam Gronovius. Est autem hic:

Phr. Quanquam hic horridust, quanquam hic squalidust, scitus bellum init.
St. Dedin' ego aurum? *Phr.* Mihi? dedisti filio cibaria.
Str. Nunc, si hanc tecum esse speras, alia opust auri mina.
St. Malam rem his et magnam! *Str.* magno opere serva tibi viaticum.
Quid ista debet, nisi tria? *St.* quae tria nam? *Str.* Unguenta, noctem, savium.
Phr. Par pari respondet. verum nunc saltem si amas, mihi
De tu de tuis deliciis summis quid pauxillulum.
St. Quid id, ai, amabo, est, quod dem? dic dum: si superet, feres.
Phr. Campas dicis: abi, abi: consultavi istuc. *St.* mihi homo
Cave faxis vulnus, tibi jam cui sunt dentes ferrei.
Vulgo ad se omnes intromittit: abstine istac tu manum.
Str. Jam hercle jam magno tu vapula vir strenuus.
St. Dedi ego huic aurum etc. etc.

Jam singulos vers. videamus. Horum primo quidem secutus sum vestigia Mssorum, scribens: *at bellus est mihi*. At in versuum ordine mutando judicium Acidalii praeferendum mihi visum est. Dehortatur amicam miles etiam nunc ab amore rustici tam horridi, tam squallidi, monetque cavere, ne inter os-

culandum vulnus ipsi faciat homo ferreis dentibus: quam inanem eius sollicitudinem illa ridens, frustra sibi monitorem esse ait; addit rusticus, illud sibi ipsi provisum ac consultatum, ne Phronesium omnes intromittat. Versui, quo hoc postremum a milite monitum est, nulla ab Acidalio sedes assignata est, neque ille apud eum in censum venit. Ego versum posui ante illum: *Campas dicis* etc. Hunc ipsum versum Acidalius uni Phronesio tribuit, ego partim isti, partim Strabaci, ita ut Phronesium his verbis, *Campas dicis*, respondeat ad illa militis: *Cave, faxit volnus tibi, tam cui sunt dentes ferrei*, at Strabax his verbis: *Abi, abi, consultavi istuc mihi, mi homo* respondeat ad illa: *Vulgo ad se omnis intromittit: abstine istac tu manum.*

V. 907. *Cave faxit volnus tibi tam cui*] Vulgo *faxis*, et *jam*. Correxit Acidalius. Similiter vir rudis audit *dentatus* Pseudol. 4, 4, 3.

V. 909. *Campas dicis*] Tractavit h. l. Palmer. spicil. p. 622. Campas dicere est: nugari; est autem idem quod strophae. Martial. 3, 7. *Nihil stropharum est, jam salarium dandum est.* Caecilius poeta easdem quisquilias dixit:

Quisquilias volantes, venti spolia memoras: i modo.

Palmer. e Festi vocabulario laudat haec: *Campagas (scr. Campas) dicere, pro nugari, res magnas et inanes loqui*, quae inquirendo non potui reperire. Eodem versu exeunte *mi* Mss. et edd. vett. non agnoscunt. Addidit versus causa Acidalius. Ms. Palat. Bothii: *Campas dicit abaui consultam istuc mihi homo.*

V. 911. *Nunc si hanc — auri mina*] H. v. tribui Phronesio. Alii, velut Gronov. tribuunt Strabaci. *Hanc* est: me.

V. 912. St. *In malam rem i.* Str. *Tu:*] Egit de h. l. Palmer. spicil. p. 708, qui ita citat: *Malam rem i, et magnam.* Acidalius praefigit praepositio-

nem: *In malam rem*; delens idem vocem: *opere*. *Magno* solum, ait, rusticus semper in ore habet, ut post paucos versus:

Jam hercle jam magno tu vapula vir strenuus.

Sed illum versum non integrum esse, metrum indicat, et spurium puto. Vett. edd., quas Pius consuluit: *mallam rem his et magnam*. Mss. Cam. et omnes aliae edd. vett. *Malam rem is et magnam*. Vocem *opere* tuentur omnes Mss. et edd. vett. Edidi conjecturam meam. Ad illa autem: *Serva tibi viaticum* supple: in malam rem ituro. Hunc morem habet Plautus, ut a personis interloquentibus imprecationes huiusmodi: *Di te perdant* et similes in ipsos imprecantes regeri faciat, tecte interdum, atque aliud simul dicentibus. Velut Poen. 3, 2, 11. ita Gronovius edidit:

Di te perdant. *Mi.* Vos quidem hercle, commendo, quom quiqui tamen,
Et bene et benigne facitis, quom hero amanti operam datis.

Eodemque modo citavit Acidalius divinat. Plaut. p. 381. Is autem ita corrigit:

Di te perdant. *Mi.* Vos quidem hercle commendo: quiqui tamen,
Et bene et benigne facitis, quom hero amanti operam datis.

Bothe ita edidit:

Di te perdant. *Mi.* Vos quidem hercule aequom est quemque, qui tamen.
Et bene et benigne facitis, quom hero amanti operam datis.

Multa praeclare emendavit hic editor in hoc scriptore; plerumque tamen nimis perfunctoriam operam illius verbis longam commentationem desiderantibus adhibuit. Certe sensum h. l. aperuit Acidalius, quanquam ne ipsum quidem veram scriptoris manum restituisse puto. Advocatorum, ait, imprecatio praecedebat: *Di te perdant*. hanc servus in ipsos regerit, sed tecte atque aliud simul dicens. Nam *vos quidem hercle Di* scilicet perdant, ait, dum ita vi-

detur: *Vos quidem hercle commendo.* Sensus inquam is est: verba Plauti non sunt. Apage istud *commendo.* Ms. Palat. Bothii: *Vos quidem hercle quo meo quom qui qui tamen* etc. Lege:

Di te perdant. *Mi.* Vos quidem hercle: quomodocunque qui tamen
Et bene et benigne facitis, quom hero amanti operam datis.

Conf. eiusd. fab. 3, 1, 33.

Sed tamen quomodocunque, quanquam nos sumus pauperculi,
Est domi, quod edimus.

Sed redeo ad illas imprecationum regestiones, quas exemplis, tum ab Acidalio, tum a me collectis hic fusius explicabo. Pseudol. 4, 7, 86.

Harp. I in malam crucem. Ball. Ire licebit tibi tamen hodie temperi.

Poenul. 3, 4, 29.

Diespiter te perduit. Adv. Te. Quippini?

Ibid. 3, 5, 38.

Vae vostrae aetati! Adv. Id quidem in mundo est tuae.

Ibid. 4, 2, 51.

I in malam rem. *Mi.* I tu atque herus.

Pers. 4, 4, 19.

I in malum cruciatum. *To.* I sane.

Mercat. 1, 2, 49.

Vae tibi! *Ac.* Tibi quidem a portu apporto hoc.

Epid. 1, 1, 21.

Di te perdant! *Ep.* Te volo —
Percontari.

Ibid. v. 74.

Abi in malam rem maximam a me
Cum istac conditione. *Ep.* I sane, si quid festinas magis.

Capt. 4, 2, 88.

Juppiter te Dique perdant. *Er.* Te, hercle, mihi aequomst gratias
Agere ob nuntium.

Oratio continua est: *te hercle mihi aequum gratias agere.*: at sustinetur in vocibus: *te hercle*, et redditur imprecatio tacite repetito verbo: *perdant.* Cas. 2, 4, 1.

Qui illum Di omnes Deaeque perdant. *Ch.* Te uxor aiebat tua
Me vocare.

Ratio eadem est, quae loco Captivorum, et sistitur sermo in vocula: *te.* Quanquam ibi potest illud totum jungi: *te uxor aiebat tua*, scilicet ut Di perderent. Mil. 2, 3, 15.

Di te perdant. *Pal.* Te istuc aequom, quoniam oocoepisti eloqui.

Pseudol. 1, 3, 20.

Ball. I puere. *Ps.* Occedamus hac obviam. *Ball.* Juppiter te perdat, quisquis es.
Ps. Te volo. *Ball.* At vos ego ambos.

Ambiguum est: *te volo:* quod usurpabatur, si quis colloqui alteri vellet. Atque hic etiam illud ita accipiendum: sed ita simul, ut perire velit Pseudolus lenonem, qui prius voluerat ipsum. Quod sensit leno statim, eoque subiicit: *at vos ego ambos.* Ex illa autem observatione de formula: *te volo* fortasse emendandus huius fab. v. 243. qui cum solus iambicus tetrameter catalecticus inter trimetros legatur:

Per hortum transilivit ad nos: eum volo convenire,

praestat fortasse, deleto verbo: *convenire*, versum metro cum proximis aequare, in hunc modum:

Per hortum transilivit ad nos, eum volo.

Nolui tamen hanc suspicionem secutus versum verbo minuere. Ampliandum est. Sed illuc revertor. Aulul. 3, 3. extr.

Eu. Lege agito mecum, molestus ne sis: i, et coenam coque,
Aut abi in malum cruciatum ab aedibus. *Con.* Abi tu modo.

Duplicem abitionem ambigue coquus intelligit, et illam ab aedibus, ut ne vapulet amplius a sene, et locum habeat coenae coquendae liberum; et illam alteram in malum cruciatum, in quem a sene jussus ire, ire vicissim ipsum occulte jubet. Menaechm. 2, 2, 53.

Numquid vis? *Men.* Ut eas maximam in malam crucem.
Cy. Ire hercle melius est te intro atque accumbere.

Frangitur hic quoque continuus sermo: *Ire hercle melius est te*; scilicet maximam in malam crucem. Epid. 5, 2, 20.

Ap. Edepol mancipium scelestum. *Ep.* te profecto, Apoecides,
Nihil moror mihi precatorem.

Nulla hic quidem imprecatio, sed duplex aeque sensus. Nam Epidici vocula prima *te* sola accepta retorquet in Apoecidem scelesti hominis appellationem. Mil. 2, 3, 55.

Vae capiti tuo. *Pa.* Tuo istuc, Sceledre, promitto fore.

Rud. 2, 3, 44.

Vae capiti atque aetati tuae! *Tr.* tuo, mea Ampelisca,
Scivi lenonem ego facere hoc, quod fecit: saepe dixi.

Certa est reprecatio in particula *tuo*, i. e. capiti, quae separatur in hunc sensum, etsi mox reliquae orationi videtur annecti: tuo capiti lenonem facturum scivi hoc, quod fecit. Aperta, non occulta reprecatio est in Amphitr. 2, 1, 109. ubi Acidalius legit:

Vae capiti tuo! *So.* Tuo istuc erit, nisi curaveris.

vel:

Vae capiti tuo! *So.* Tuo istuc, crede, erit, nisi curaveris.

Cum Alcmena in servi caput *vae* pronuntiasset, ille idem reponens, tuo quidem capiti, inquit, illud certe erit, nisi somnium tuum procuraveris, et eius expiatione tibi prospexeris. V. Acidal. divin. Plaut. p. 383. sq.

V. 913. *Quid isti debes?* St. *Tria.* Str. *Quae tria nam?* St. *Unguenta, noctem, suavium*] Strabax Phronesium alloquitur: Quid isti, i. e. Stratophani debes? Scio, exspectari a legentibus potius haec verba: *Quid istic debetur tibi?* ut Strabax aemulum alloquatur; et sane ea verba saepe leguntur apud Nostrum, velut: Pseudol. 4, 7, 38. 40. Sed tamen hic, iis receptis versus ultra modulum suum extenderetur. Edd. vett. et Ms. Cam. B. *quid isti debet.* Ms. A. *quid isti debe isi tria.* Idem liber: *noctes.* At Ms. B. et edd. vett. *noctes.* Conf. jam, quae Gronov. edidit. Ceterum unguenta veteribus in summis deliciis fuisse constat. V. Böttiger. Sabin. p. 106. sqq. 148. et Nostr. Poenul. 3, 3, 88. Pseudol. 4, 1, 37. 5, 1, 22.

V. 914. *Par pari respondet: verum:*] i. e. ut nos dicimus: *eine Hand wäscht die andere.* Meam tu operam eme tuis deliciis. Fest. p. 485, 32. *Par pari datum hostimentum est opera pro pecunia, unde et hostire dicitur.* Versus est Asinariae 1, 3, 20. Conf. Pseudol. 2, 3 extr.

Nunc ego hac epistola
Tris deludam, herum et lenonem et, qui hanc mihi dedit epistolam.
Euge par pari! Aliud autem, quod cupiebam, contigit.

Hic nos: *Wurst wieder Wurst! Wie du mir, so ich dir!* Tametsi fuit, ubi haesitarem, an legendum sit: *Par pari respondes, verum* etc. Hoc sensu: *du bleibst deinem Gegner die Antwort nicht schuldig; aber zeige dich itzt gegen mich durch die That.* Persa 2, 2, 41.

Par pari respondes dicto: abi jam, quando ita certa res est.

Mercat. 3, 4, 44.

De istac re argutus es, ut par pari respondeas:
Ad mandata claudus, coecus, mutus, manous, debilis.

Obiter explicabo vocem *par* alio sensu a Nostro usurpatam in Trin. v. 468., ubi *par* esse videtur, qui

ex adverso adcumbit inter epulas. Hinc fortasse statuendum de Pers. 5, 1, 15., ubi Bothe edidit:

Tu, Sagaristio, accumbe in summo. *Sag.* Ego nil? Cedo parem, quem pepigi.

Videtur h. quoque loco *par* esse; *der Gegenmann*, vel potius amica, cui se adversum accumbere postulat Sagaristio. Quem Toxilus jubet accumbere in summo, qui erat locus honoratissimi convivae. At ille, *nil moror*, ait (sic enim vulgo recte legitur) *summum locum*, *cedo parem quem pepigi*, cedo amicum vel amicam Lemniselenen. Scribendum igitur, ni fallor:

Tu, Sagaristio, accumbe in summo. *Sag.* Nil moror: cedo parem, quem pepigi.

adde Gesner. thes. L. L. t. 3. col. 683, 75. s. v. *Par.* v. ad v. sq.

V. 915. *deliciis*] Correxit: *divitiis* Acidal. V. Palmer. spicil. p. 622. Mss. Camer. *Si amas dan tu mihi de tuis delictis sum quidquid pusillulum.* Etiam vett. edd. *deliciis*. Bothe, e Mss. ut ait, edidit: *dan' tu mihi de tuis deliciis summis quid pauxillulum.* Non cepit sensum huius loci Acidalius. Delicias Phronesii postulaverat Stratophanes, et ex iis quidem tria: unguenta, noctem, suavium. Paria referto, respondet illa; bis jam dedisti, jam aliquid tertium adde e tuis tu deliciis summis, ut ego e meis tria. Hae militis deliciae sane sunt divitiae vel pecunia. Nihil igitur mutandum, neque proxime praecedente versu, neque hoc.

V. 916. *Quid id est — feres*] Mss. Camerar. A. *Quid ita alabo est quod idem dictum super fieri.* Ms. Palat. B. *quid ita ab auo est quod idem dictum superfert.* Correxit Palmer. l. l., nisi quod ille verbum: *est* posuit post *amabo* et verbum: *ai* non habet. — Post h. v. Camerar. signa lacunae posuit. Et sane non pauca deesse videntur.

V. 917. *Jam hercle — strenuus*] Addidi *opere;*

sed multum abest, quominus versum aut genuinum esse putem aut sanabilem. V. Palmer. spicil. p. 708. Ms. Palat. nescio uter: *magno tux vapula.*

V. 920. *minis*] Mss. At. vett. *munere.*

V. 923. *Da*] non habet ed. Aldi.

V. 926. *Ubi est* — 928. *defero*] Sic edidit hos versus Gronovius:

St. Ubi est, quod tu das? solve zonas. *Phr.* provocatur.
St. Quid times?
Str. Tu peregrinus: hic habito: timeo meos: non ego ambulo.
Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero.

Emendavit Acidalius. Dederat miles Phronesio talentum, provocatus a Strabace, qui eum jusserat, non minaciis, sed minis secum certare. Jam cum ipse dedit, paria facere vicissim jubet Strabacem, et heus tu, provocator, inquit, ubi habes, quod tu des? solve zonas. quid vero turbatus haeres? Excusat ille: illum peregrinum esse, necessario pecuniis instructum: se hic habitare, neque zonam aere gravidam circumferre: quod autem timere dictus sit, se quidem non negare, timeri a se suos, sed clanculo se munera satis ampla solere tamen ad Phronesium deferre: pecubus in crumena obligatis alludens ad illas viginti minas, quas pro ovibus acceptas supra memorabat et meretrici destinabat.

V. 927. *Tu peregrinus*] v. Palmer. spicil. p. 715.

V. 928. *in crumina*] Citat h. v. Priscian. 6. p. 719. *Putsch. Plautus in Truculento:* Pecua ad hanc collo nervina ego obligata defero. Mss. Prisciani variant. Gruteri Cod. praebet: *pecua ad hanc colone rumina ego obligata defero.* Alii Codd. *in nervina.* In vet. cod. Prisciani (ut Modii manu ad marginem exemplaris adnotatum invenit Palmerius) erat: *nerumina.* Mss. et omnes vett. edd. Plauti: *ego in crumina.* Edd. recentt. *hanc collo in crumina ego obligata.* Teste Pareo Mss. Cam.

habent: *pecua ad hanc collo in crumina ego*, et Mss. Prisciani: *Pecua ad hanc colone rumina ego obligata defero*, ut Cod. Gruteri. Paulo ante *timeo meos* edd. vett. Ms. Cam. A. *habito nunc meos nego ambulo*. Ms. Cam. B. *nunc meos non ego ambulo*.

V. 929. *Quod dedi, ut discinxit hominem.* Str. *Ego immo vero quod dedi*] H. v. edidi ex conjectura mea. Gronov. edidit: *Quid dedi? ut distrinxi hominem!* Str. *Imo ego vero, qui dedi.* Edd. Camer. Lambin. et Pii: *ut distrinxi*, quemadmodum Gronov. At Mss. Camerar. et vett. *distinxi*, vel *destinxi*. Discingere est, armis exuere.

V. 930. *I intro — Tecum quidem*] H. v. dedi ad emendationem Acidalii, paululum tamen metri causa mutatum. Nam ille quidem sic scribit:

I nunc intro amabo et tu hac. *St.* Ergo mecum tu eris?
Phr. Tecum quidem.
Str. Quid tu? quid ais? cum hoccine? *St.* Ego enim posterior dedi.

Strabace jam ante recepto, post velitationem hanc ob recens donum jubet Phronesium militem quoque introire, qui prius quaerit, an ergo secum futura sit? atque illa respondet, futuram. Dolet id Strabaci, et cum hoccine futura es, inquit, me destituto? Respondet miles, ita merito suo fieri: nam se posteriorem dedisse. Ms. Cam. B. teste Bothio: *in intro amabo et tu uergo a me cum tu eris mecum quidem*. Conf. anall. Parei ad h. l.

V. 931. *Quid tu, quid ais? cum hoccine tun' eris*] Verba *tun' eris* e conjectura addidi. Editio Aldi: *quid tu, quid ais?* Mi. *tun' hoc? an ego Posterior dedi?*

V. 934. *Aequum, mea uti* — usque ad finem] Exitus fabulae talis est apud Gronovium:

Verum utrique mos geratur amborum ex sententia.
St. Fiat: ut rem gnatam video, hoc accipiundum est, quod datur.

Str. Meum quidem te lectum certe occupare non sinam.
Phr. Lepide mecastor aucupavi, atque ex mea sententia.
Meamque ut rem bene gestam, vostram rursus bene geram.
Verum amabo, si quid animatu's facere, fac jam ut sciam.
Veneris causa applaudite: eius haec in tutela est Fabula.
Spectatores, bene valete: Plaudite, atque exsurgite.

Ordinem versuum ascivi, qualem acumen Acidalii invenit. Ante omnia id tenendum, quod supra ad 4, 2, 17. monitum est a Pareo: „In Vet. Cod. Camerar. in postrema inprimis fabula nullum versuum servari ordinem, sed perturbate lineas esse scriptas: quod in anterioribus comoediis inibi non visitur, nam ordinatius lineae scribuntur.“ Monuit Pareus in anall. crit. ad Trucul. l. l. — Mss. Camerar. h. v. *Meamque ut rem debere negestam.* Eadem Ms. B., nisi quod *Aeque*, pro *Meamque.* Vett. Edd. *aeque ut.* Mox vetustissimae edd. *rem bene gestam.* Correxit Acidal.

V. 935. *Verum amabo*] Mss. Camerar. *romabo*, unde Camer. fecit: *Verum amabo.* Edd. vett. *geram amabo.* Bothe edidit:

Re, amabo, si quid animatu's facere: fac jam uti sciam.

Mox Mss. Camerar. *animatust.* Pius edidit: *animatum est.*

936. *gnatam*] Vulgo: *gratam.* Correxit Turneb. adv. 11, 21. *Wie die Sache itzt steht.* Pers. 3, 1, 23.

Nam inimici famam, non ita ut gnatast, serunt.

Ita enim legendum, pro *ferunt.* Neque secus emendandum proximo versu:

Serant, eantque in maximam malam crucem.

Nos: *Feinde verbreiten die Sage nicht, wie sie sich wirklich verhält, weiter.* V. ad Trin. V. 184.

V. 937. *lectulum*] Mss. et edd. vett. omnes: *lectum.* Mox Mss. Cam. *sinem.*

V. 938. *Lepide — sententia*] Citat h. v. Nonius p. 747, 3. *Gothofr.* sine ulla lectionis discrepantia.

Nexus orationis in postremis versibus hic est: Ambobus se dare Phronesium cupiebat, ut sua re bene gesta, bene vicissim illorum gereret ex utriusque sententia: quod ita aequum esse statuit. Sed ut possit, exorare necesse habet alterum prius receptum ac priores sibi vindicantem, quantumvis miles posterior dedisset. In Vet. Cod. Camerarii ad finem adscriptum erat: *Plauti Truculentus Explicit. Incipit Vidularia.*

ADDENDA.

V. 104. lege ex Aldi edit. *consultassunt consilio*; nam non temere est, quod Mss. ferunt *consilio*.

V. 466. lege: *Archylis*. V. Bentl. ad Ter. Andr. 1, 4, 1. et 3, 2, 1.

V. 531. corrige *quidem*.

V. 602. scribe ita distinctis versibus:

Inquam, amicám meam?
Émoriere ócyus,
Sí manu níceris.
Get. Quíd, manu nícerim?
St. Fác, quod jussí, mane.
Get. Optumumst óccedi.
Cáptiost.
Istám machaeram etc.

Recensui Mssorum adde: IX. Cod. Ms. *Ambrosianus A. Maii*.

IN NOTIS

ad v. 2. lege: *exprimi vocem*: vestris.

ad v. 31. v. Gronov. ad h. v.

ad v. 36. lege: *posuit*: atque.

ad v. 37. lege *piscabar*.

ad v. 99. lege: *has aedis*] Gronovius: „Recepimus *adque serva has aedis*, quod totum est in Camer. secundo, nisi quod ibi: *adque servas aedis*. In altero: *adque adservas aedes*. Et ita in Gruteri notis corrigendum. Academ. *auscultato atque asservabis aedis*.“

ad v. 109. v. Lambin. ad h. l.

ad v. 136. H. v. Dissaldaeus inserit post v. 160.

ad v. 206. p. 80 lege:

Credo ecastor velle. *Ch.* at pol ego haud credo, sed certo scio.

ad v. 223. v. Gronov. d. pec. vet. 4, 3. et ad h. l.

ad v. 524. Gronovius conjecit: *pallulam ex Phrygia tibi.*

ad v. 679. v. Herm. doctr. metr. p. 191.

Bei dem Verleger dieses sind auch noch folgende Werke zu haben:

Cassel, F. P., Morphonomia botanica, sive observationes circa proportionem et evolutionem partium plantarum. Cum figuris lithographicis. 8. 1820. 1 Thlr.

Dilschneider, J. J., Verslehre der deutschen Sprache. gr. 8. 1823. 1 Thlr.

— — und B. Willmann, Kommentar zur Seber'schen Muster-Sammlung deutscher Gedichte. Für Lehrer und zur Selbstbelehrung. Erste Abtheilung: Erklärung der Hymnen und Oden. gr. 8. 1822. 1 Thlr. 16 Sgr.

Fuſs, J. D., carmina latina, additis e germanico versis, in quibus Roma et Ars Græcorum A. W. Schlegel, et Ambulatio Fr. Schiller, elegiæ, denuo emendatiores vulgatæ. In cæteris Schilleri Campana et Gœthei Alexis et Dora. Præcedit de linguæ latinæ cum universo ad scribendum, tum ad poesin usu, deque poesi et poetis neolatinis Dissertatio. gr. 8. 1822. 1 Thlr. 4 Sgr.

Plauti, M. Acci, Trinumus cum brevi adnotatione denuo edidit Dr. Franc. Goeller. gr. 8. 1824. 15 Sgr.

Schiller, Fr., Ambulatio, elegia. E germanica in latinam linguam translata a J. D. Fuſs. Accessit de Schilleri poesi ode. 8. maj. 5 Sgr.

Schmitz, J., vollständiges, nach einer ganz neuen Lehrart bearbeitetes Rechenbuch, enthaltend die alte Rechenkunst mit der Dezimal-Rechenkunde und ihren gegenseitigen Münzen, Maßen und Gewichten vollkommen verglichen. 1r Theil. 8. 20 Sgr.

— — vollständiges, nach einer ganz neuen Lehrart bearbeitetes Rechenbuch für Schulen, Handlungs-Institute, angehende Kaufleute und andere Geschäftsmänner, enthaltend alle zusammengesetzte Regeln, die Kettenregel in ihrer weitesten Ausdehnung, ein Kursenbuch, Vergleichungs-Tabellen über die Münzen, Maße und Gewichte von ganz Europa und den

wichtigsten außer demselben gelegenen Staaten, die gesammte Kurs- und Wechselwissenschaft u. s. w. 2r Theil. gr. 8. 1 Thlr. 18 Sgr.

Schmitz, J., praktisches Hülfsrechenbuch für Lehrer und Lehrerinnen oder Sammlung aller Ausarbeitungen und Auflösungen der im ersten Theile befindlichen Uebungsbeispiele des Rechenbuchs. 8. 16 Sgr.

— — ausführliche Abwandlung der unregelmäßigen französischen Zeitwörter, mit Beifügung der nämlichen deutschen Zeitwörter zusammengetragen. 8. 16 Sgr.

Seber, F. J., Sammlung von Mustern deutscher Dichter und Prosaiker für die drei Klassen der Gymnasien. 3te vermehrte und verbesserte Auflage. gr. 8. 1824. br. 1 Thlr. 4 Sgr.

— — Sammlung von Mustern deutscher Prosaiker für die mittlern und höhern Klassen der Gymnasien. I. Abtheilung. gr. 8. 1819. br. 1 Thlr. 4 Sgr.

— — — II. Abtheilung. gr. 8. 1819. br. 1 Thlr. 4 Sgr.

— — Sammlung von Mustern deutscher Dichter für Gymnasien. 8. 1817. br. 1 Thlr. 4 Sgr.

— — über Religion und Theologie. Eine allgemeine Grundlage der christlichen Theologie. gr. 8. 1823. 1 Thlr. 16 Sgr.

MAR 141996

Lp 26.495
Truculentus emendatiorem suisque nu
Widener Library 006528050
3 2044 085 220 101